§. XX.

Et sic tandem non hujus modo argumenti sed totius etiam dissertationis filum abrumpo. Suffecerit, hæc pro modulo ingenii in medium adduxisse. Addat his, cui volupe est, plura huc spectantia colligere, suppleat, corrigatve, qui de rerum praxi magis instructum se esse sentiat. Tanto gratius mihi erit præsentis laboris spicilegium, quo modestius virium tenuitatem, in tam amplo & tam latè se exserente campo emetiendo deficientium, deprecor lubentissime. Interim in lineis hisce ductis, & præviis DEO Immortali pro concessis clementer viribus gratiis, uti decentibus, ita devotis, speciminis hujus, inauguralis & studiorum simul Academicorum sit

FINIS.

IX.

DISSERTATIO DE PRÆSCRIPTIONE SUPERIORITATIS TERRITORIALIS ACQUISITIVA,

PRÆSIDE

MICHAELE GRASSO,

J. U. D. Serenissimi Würtemb. Ducis Consiliario, Pand. & Crim. Sanct. Prof. Publ. Ord. p. t. RECTORE MAGNIFICO,

PRO LICENTIA

defensa à

C. A. MULLERO, Megapolitano.

TUBINGÆ, 1727.

DISSERTATIONIS JURIDICÆ INAUGURALIS

De Præscriptione Superioritatis territorialis acquisitiva.

CAPUT I.

Exhibens Definitionem tam nominalem, quam realem, ut & Divisionem.

§. I.

Præmittitur terminorum evolutio.

UT in frontispicio statim eò dilucidiùs appareat, quò tendat hæc nostra disquisitio, satiùs omninò erit, terminorum hîc occurrentium evolutionem, paucis saltem, quoad fieri potest, in antecessum præmittere, aut eo quæ copiosè alias referri poterant, solummodo delibare.

1. *Vocis* Præscriptionis.

Et 1. quidem quod attinet vocem *Præscriptionis*, patet; eam ortum suum deducere â verbo *præscribere*, quod idem esse ac præfinire, præfigere aut præstituere certum quendam terminum intra quem res est, quæ præ manibus est, expedita esse debet, pluribus jam antè ex *c. 2. x. de conceſſ. præb. & c. in singulis 19. dist. 86.* demonstratum dedit Joh. Franc. Balbus *in tr. de præscript. P. I. qu. 2. pag. 11.* quo remittimus. Varia omninò in usu Juris ejus est significatio, potissimùm verò denotat, 1. Exceptionem & defensionem rei, ut plurimum, *tot. tit. ff. & C. de Except. Præscript. & præjud.* & quidem vel *generaliter* omnem aut quamcunque exceptionem *L. 11. ff. de Except. L. pen. & ult. C. eod. l. 3. §. 1. ff. de Prævar. l. 3. ff. de appellat. l. 2. §. 1. ff. ad L. Jul. d. Adult. l. 2. C. si contr. Jus vel Util. publ. l. 29. pr. ff. de Exc. rei jud. l. 91. ff. de solut.* eamque sive *dilatoriam l. 12. C. d. Except. & Præscript.* veluti præscriptio fori, aut exceptio fori declinatoria *L. fin. C. d. Except. l. 29. C. de pact.* sive etiam *peremptoriam* veluti rei judicatæ *L. pen. circ. fin. ff. de re Jud. l. 29. ff. de exc. rei Jud.* aut similis alia *l. 2. C. de prec. Imp. off. L. 2. C. sentent. resc. non poss. d. l. 91. ff. d solut.* quamvis videatur dissentire Alciat. *in L. si quis 29. C. de Pact. n. 4. seqq.* vel etiam *specialiter*, solam illam exceptionem, quæ nomen Præscriptionis hoc in articulo sibi proprium fecit, & ex solo temporis lapsu pendere dicitur *tot. tit. ff. de diverſ. temp. præscript. & tot. tit. C. de præscr. 30. vel 40. annor.*

Variæ ejus acceptiones 1. *Sumitur vel* generaliter *pro* exceptione *aut* defensione rei *Sive* dilatoria *sive* peremptoria *Vel* specialiter *pro eâ, quæ ex* solo temporis lapsu pendet.

2. *Pro* modo dominium *aut* aliud quoddam Jus acquirendi. *Quæ* significatio hujus est loci? quæ etiam effectum suum operatur in Superioritate territoriali acquirenda.

II. Designat modum dominium vel aliud aliquod Jus acquirendi per possessionem temporis lege definiti, ita ut hactenus coincidat cum usucapione, *l. 3. ff. de usurp. & usucap. junct. rubr. & pr. J. d. Usuc. & long. temp. præscr. L. un. C. de usuc. transf.* quæ significatio vel maximè hujus loci est Propria, cum hîc demonstrare & constabilire intendimus, superioritatem territorialem etiam per præscriptionem, ut modum acquirendi legitimum, rectè acquiri posse. Id quod etiam ulterius elucescit, ex adjecta insimul voce *acquisitiva*, quâ innuitur præscriptionem hîc considerari eam, quæ acquisitionis effectum parit, in oppositione ad præscriptionem superioritatis territorialis *extinctivam*, quâ qui ista sua territorii Jura negligenter hactenus tractavit, & ab alio ea in contrarium diutina quasi possessione exercere, aliumve se inde eximere passus est, ab ea iterum excluditur, quam tamen hac vice pertractare animus nunc non est.

§. II.

§. II.

Sequitur vox *Superioritatis*. A Superis ſ. Superioribus i. e. iis qui primas tenent in ſuo ordine, dubio procul derivata, & ad eam Imperii ſpeciem poteſtatemque civilem, quæ Superioribus aut regentibus in ſuis ditionibus competit, accommodata, vid. B. Dn. D. Fromman. *de Condom. territ. c. 1.* §. 4. Knipſchild. *d. Jur. & Priv. nobil. L. 3. c. 1. n. 22. ſeq.* Unde etiam porro adjicitur Epitheton territorialis vid. Fromm. *d. l.* §. 3. ad deſignandum id, quod reſtricta ſit civilis ea poteſtas ad cujusque Superioris territorium, vid. Lud. Hugo de *Stat. Region. Germ. c. 1.* §. 10. *ſeq.* Excell. Dn. D. Schweder *in Introduct. ad Jus Publ. Part. Spec. S. 2. c. 10.* §. 2. oſtendentes ad eum modum rectè inſigniri territorialem eam Jurisdictionem, quâ, qui in ſuis territoriis Principes aut Primi exiſtunt, ad regendos ſuos ſubditos jure ſuo utuntur, uti in imperio noſtro ſunt, qui Status Imperii audiunt, aut ſaltem immediatâ illa Nobilitate gaudent. Eſt quidem vox *Superioritatis* minus latina, & uſu ſaltem, non tamen prorſus ineptè inducta, uti eleganter Author meditat: *ad Inſt. Pac. Cæſ. Suec. quem comm. Dn. Henniges opinantur, in Mantiſſ. I. ad Spec. 4.* §. 1. quia rem non incongruè repræſentat, variis alias nominibus appellitata, aliis eam vocantibus, venuſtiorem quidem in modum *Sublime Territorii Jus*, aliis *ſupremamum*, aliis *omnimodam Jurisdictionem*, aliis *Regalia*, aliis *ſuperius, generale aut eminens dominium*, aliis *poteſtatem quandam majeſtaticam*, aliis *Jus Principum*, aliis ſuperadjicientibus *Summum*, aliis *Summo proximum*, *Summo ſubordinatum*: aliis *Jurisdictionem eam quam Status Imperii*, aut etiam *Nobiles Imperii Immediati in Provinciis, Territoriis, aut Ditionibus ſuis habent*: aliis aliter adhuc delineantibus: & Germanico quidem idiomate, die Landes-Fürſtliche Obrigkeit ſimpliciter, vel cum adjecto die Landes-Fürſtliche Hohe Obrigkeit, die Landes Hohe Obrigkeit, die Landes Hoheit und Obrigkeit, die Landes Ober- und Herrlichkeit, die Ober-Herrlichkeit und Bottmäßigkeit. Speidel. in Spec. voc. Lands- und Fürſtliche Obrigkeit. Wehner in Obſ. Pract. voc. Lands-Fürſtliche Obrigkeit ſ. Superioritas Territorialis Excell. Dn. D. Schweder *in Introd. d. l.* §. 2. *in fin. Magnific. Dn.* Præſes *in Tract. de Mod. Taxandi Jurisdict. P. 1.* §. 2. *& in Diſſ. de Int. mat. nob. imp. immed.* ubi etiam, quod hæc Superioritas Territorialis Immediatis Nobilibus denegari non poſſit aut debeat, quamvis Statibus tanquam

2. *Vocis* Superioritatis, unde ita dicatur. *Cum Epitheto*, territorialis.

Quid hæ voces importent?

& quænam ſint ſynonima.

An & quomodo Nobilibus Immediatis competat remiſſivè.

quam charactere Statûs insimul, præfulgentibus competat in gradu *excellentiori & eminentiori;* his vero tanquam sola immedietate gaudentibus in gradu hactenus *remissiori*, quod etiam firmant ibidem allegati Dn. Kulpis. *ad Monzamb. c. 2 §. 14. p. 594.* Struv. *de Charact. Stat. Imp. aph. 26.* B. Dn. Maurit. ad Capit. Leopold. §. 3. ad verb. dazu den Ständen samt erstgedachter Reichs-Ritterschafft Dn. Joh. Christ. Donauer. *in Diss. Inaug. Altorff. c. 1. §. 9.* B. Dn. Lauterbach. *in Coll. Theor. Pract. ad Tit. de Jurisdict. §. 44.* B. D. Frommann. *d. Condom. Territ. c. 5. §. 4. & §. 17. 18. & 19.* aliique plures ab eodem adcitati & quos cumulatim adducit Philip. Knipsch. *de Jure Civ. Imp. L. 2. C. 5. n. 13. seqq.* Anton. Wilhelm. Ertel in dem neu-eröffneten Schau-Platz der Lands-Fürstlichen Ober-Bottmäßigkeit §. 32. & novissime quoque Joh. Laurent. Schmidt in *Diss. Inaug. Altorff. Ann. 1708. habita de Super. Territ. Nob. Imp. Immed. per tot.*

§. III.

Superioritatis territorialis origo quàm sit incerta ostenditur.

Hoc verò superioritatis territorialis Jus unde, & quando exsurrexerit, & quomodo in eam, in qua nunc est, formam adoleverit, res est plus quam incerta, aliis in aliud tempus id rejicientibus. Sunt qui obtinent, esse partum plane novum, olim prorsus incognitum & forsan duobus saltem seculis retrorsum computatis prognatum quam in rem Author der Kayserheimischen Confutation ita confidenter satis: Die Landes Fürstl. Obrigkeit ist vor Alters im Reich ein gantz unbekandt Ding gewesen, und ist erst ein neuer fœtus nostri seculi, referente ita Kulpisio *d. legat. Stat. Imp. c. 7. §. 3.* & ex Limn. L. B. de Lynker *in Diss. d. superior. territ. in pr. pag. 5.* Ertel *d. l. p. 15.* ibi: *nostri & prioris seculi.* Vitriar. *in Instit. Jur. Publ. l. 3. t. 15. §. 1. in not. lit. B.* Quod quidem pro incongruedicto eatenus omninò haberi non debet, quatenus respicit *vocabula* illa *superioritatis territorialis*, usu adoptata noviori, eamque, in quam hæc ipsa postea excrevit & invaluit formam atque definitionem. Dn. Rhet. *de Jur. Stat. Imp. circ. Sacr. C. 2. §. 14.* Kulpis. *d. l. p. 137.* de Lynker *d. l. §. 2.* ubi quod hæc vocabula recentioris sint styli; & variant [illegible] iidem, neque eodem modo iisdem verbis utentis: tum etiam quatenus respectus habetur ad ea, quæ primis temporibus, sive legibus moribusque Romanorum, sive Jure scripto Germanorum disposita aut inducta legebantur, quippe quibus hæc talia adhucdum erant incognita. Quatenus verò *res ipsa in se* spectatur,

An novus plane partus sit?

Id quoad vocabula & præsentem formam concedi posse traditur.

Non. v. quà rem ipsam

ctatur, ex remotioribus omninò initiis ejus origo repeti solet. In quæ tempora verò præcisè hæc inciderit, Scriptores admodum variant. Alii eam altius repetunt à statu regionum veteris Germaniæ, quem *Cluver. Lib. 1. Germ. antiqu. c. 37.* describit, teste Dn. de Lynker. *d. l. p. 8.* Alii originem ejus ad Caroli M. fasces referre malunt, saltem in nonnullis Comitum exemplis, & quoad certum tantummodo auspiciorum primorum gradum, quo tum temporis iis indulta apparebat ap. Dn. de Lynker *d. l.* & Dn. Hert. *de superior. territ. §. 5.* Alii ad tempora Heinrici, Auceps dicti, Conradi Magnif. S. I. & Ottonis III. Ming. *de super. territ. S. 2. §. 21.* Dn. de Rhet. *in Instit. Jur. Publ. 1. t. 17. §. 15.* Dn. Vitriar. *in Inst. Jur. Publ. L. 3. t. 15. §. 2. in not. lit. B.* Alii ad tempora Magni istius Interregni post mortem Conradi IV. 1254. orti, Dn. Burc. Gotthelff. Struv. *in Histor. Jur. Rom. c. 10. §. 13.* Alii ad tempora Rudolphi ex Leudero Hert. *d. l. p. 193.* Alii à Corolo IV. ejus initia, primitus quidem in Italia cœpta, aut deinde à Friderico III. inde usque ex Italia in Germaniam provenientis ortum derivare volunt, Dn. Schilter *in Jur. Publ. P. 1. t. 24. §. 6.* ubi ex regestis Imperialibus Augusti Palatini se id compertum habere scribit, Hert. *d. l. p. 192.* Ertel *d. l. p. 15.* Alii aliis adhucdum indulgent perscrutationibus partim & oppositionibus contra aliorum quorundam adeò ex longinquo Juris hujus natales reducentium adserta vid. Eyben. *in diss. de Origine illius: Tantum potest Princeps in suo territorio &c. c. 3.* ap. Ahasv. Fritsch *in Exerc. Jur. Publ. P. 2. Ex. 9. p. 411.* Kulpis. *d. l. p. 137.* in quorum omnium & singulorum veritatem tamen, aut præsuppositorum fundamentorum robur penitiùs hîc inquirere, nobis nunc nec vacat, nec nostri est instituti, nec multum ad scopum hujus dissertationis principaliorem juvabit. Sanè in incertis potissimam partem conjecturis hæc talia se fundant, nec ex certioribus Historiarum monumentis, quippe quæ hactenus hîc, teste quoque Dn. Kulpis. *de Legat. Stat. Imp. d. l. p. 137.* deficiunt, definitam hujus certitudinem haurire datur. Possumus quidem ex historicâ eâ recensione quam hunc in finem concinnum in modum exhibent laud. Dn. Kulpis. *d. l. §. 4. & sqq.* & laud. Dn. Henniges *ad Spec. 4. medit. ad Instr. Pac. C. S. mantiss. 1. in tr. d. super. territ. §. 30. & plur. seqq.* Excell. Dn. D. Schweder *in Intr. Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. §. 6.* occasionem hujus Juris hinc inde propullulantis, atque per varia sua interstitia vires, aliquando etiam iterum depressas aut imminutas, sibi reassumentis

in se, quæ à remotioribus temporibus repetitur. *A quibus verò* temporibus, variant Doctores.

In quorum sententias penitius inquirere non vacat.

Insuper quæ potissimam partem in conjecturis incertis consistere videntur.

Hoc jus quomodo vires sibi sumpserit

aliquando elatiores, *aliquando* depressiores?

Inde certò quid adstruere divinantis magis esse quàm determinantis.

mentis addiscere, multumque lucis toti huic materiæ inde fœnerari; Exinde vero originem ejus certam & veram, genuinam faciem, naturam, ætatem virilem, atque plenitudinem in quam vel primitus adsurrexit vel nunc composita extat, metiri, adstruere & certò definire velle, divinantis magis esse credimus quam determinantis. Et ne quidem ipsi hi Jureconsultissimi viri & Jurium Publicorum Callentissimi scriptores seriem historiæ in statu Germaniæ de tempore in tempus delineando, venustè satis repræsentantes, ausi fuerunt hujus ipsius Juris in toto suo complexu spectati natales, ad hæc vel illa tempora hujus vel illius Cæsaris præcisè referre, quod ingenuè & scitè admodum fassus est modo laud. Henniges *d.l.* §. *38.* his verbis: *Cæterum vero id præcisè enumerare non ausim cum superioritas territorialis sit aggregatum quid ex multis actibus Jurisdictionis & imperii, quo tempore quave occasione unum quodq; peculiare Jus aut datum sit Statibus, aut usurpatum præscriptumve, pleraque enim initio sine scripta lege sine Imperatorum voluntate per turbas & inter motus civiles usu quodam propriâ authoritate inchoato, & mox in imitationem tracto, sensim cœperunt, quorum initium quod natura sua latet, nominare certò non possumus, conjecturari anceps est & errori sæpissime obnoxium, ut adeò omninò silere præstet, quam vana divinatione deridendum se præbere. Non invidebimus hanc aliis gloriam, qui magis propitio Delio natatore utuntur, aut qui in Historia patriæ actorumve reconditorum recessus & sacraria diligentius penetrarunt.*

§. IV.

Cautiùs verò incedere, qui moribus pedetentim per temporum interstitia eam invaluisse, *& ad* alios citiùs ad alios seriùs pervenisse, non statim quoque in eam plenitudi-

Ex his facile colligere datur quod cautius agere videantur, qui non diu se torquent istis conjecturis, quibus nativitatem ejus præcisè ad hoc vel illud temporis momentum, aut ad hujus vel illius Imperatoris indultum reducere satagunt, satius vero agant, qui originem ejus fundare malunt in eo quod moribus hinc inde sensim sensimque invaluerit, asserentes per temporum spiramenta, atque per partes, superioritatem hanc territorialem processisse, nec omnes Proceres imperii pari modo parique gradu, sed alios citius, alios serius ad eam pervenisse, eam ipsam quoque non statim sed pedetentim demum in plenitudinem eam, in quà nunc eminet, abiisse uti fere loquitur Eyben *in d. Diss. c. 4.* Fritsch. *d. l. p. 415. junct. p. 417. in c. 5.* ubi ita: *Certe quæ non transiere illicò, subinde tamen delibata, alluvionis ritu fixis jam firmatisque sensim coaluerunt.* Hert. *d. l.*

d. l. §. 5. circ. fin. ubi addit & firmat citiùs pervenisse ad Principes profanos, serius ad Ecclesiasticos, & complementum deinde variis modis accessisse, ostendens quoque quomodo illud accesserit. Kemmerich *in Introd. ad Jus Publ. l. 7. C. 2. fere per tot.* Cum quibus convenire videntur omnes illi, qui scribunt hanc superioritatem moribus usu & consuetudine fuisse inductam & variè hinc inde usurpatam Limn. *de Jur. Publ. L. 4. t. 8. num. 188.* post Gylman. Meichsn. aliosque Wehner *in Observ. Pract. voc.* Lands Fürstliche Obrigkeit Knipsch. *de nobilit. L. 3. c. 1. n. 21. & de lib. Imp. civit. l. 2. c. 5. n. 57.* Ertel *d. l. p. 15.* ibi: bloß durch den Gebrauch und Observantz eingeführet. Ming. *de super. territ. in proœm. §. 4.* Tandem vero ubi per incrementa sua ad pleniorem eam maturitatem pervenit, Cæsares jam amplius non dubitarunt expresse quoque eandem authoritate Imperiali hinc inde confirmare, quod ante Maximilianum I. Imperatorum neminem fecisse, & hunc primum Principibus & Statibus Imperii eam expresse concessisse advertunt Dn. de Rhet. *in Inst. Jur. Publ. l. 2. t. 1. §. 12.* & Dn. Vitriar. *l. 3. t. 25. §. 1. in not. lit. b.* imo & plane Capitulationibus Cæsareis expressis in toto suo ambitu integram sub nominibus der Hoheit, Macht, Gewalt, Regalien, Obrigkeiten &c. generalioribus & collectivis solenni conventione insertam admittere & plenissime comprobare: quod a tempore Caroli V. usque ad novissima hæc tempora nostra factitatum fuisse certo certiùs reddunt Capitulationes Cæsareæ successivè omnes, quod ipsa inspectio evidenter ob oculos ponit, Imperatoribus nostris sacratissimis expressissime & solennissimè pollicentibus, se debere atque velle hoc Jus cuique salvum atque integrum servare, & in libero ejus exercitio quemlibet manutenere: quam in rem Capitul. Carol. V. *art. 4.* disertissimis ita: Sollen und wollen Wir ꝛc. die Chur-Fürsten, auch andere Fürsten, Graven, Herren und Stände, bey Ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten, Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt: jeden nach seinen Stand und Wesen bleiben lassen, ohne unser und männigliche Eintrag und Verhindernuß, und Ihnen dazu Ihre Regalien, Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien, Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben, oder in Ubung gewesen sind, zu Wasser und Land, in guter beständiger Form, ohne alle Weigerung, confirmiren und bestätigen, sie auch dabey als Römischer König hand-

nem, in qua nunc est, abiisse statuunt.

quam in rem adducuntur authoritates.

Tandem Cæsares eam expressè approbasse.

Inprimis per Capitulationes Cæsareas.

Ordine quæ recensentur.

handhaben, schützen und schirmen, doch männiglich an seinen Rechten unschädlich. Quod ferè iisdem repetitur in Capitul. Ferdinandi I. *art. 3.* vid. Lim. *in adnot. ad. d. art. 3.* ubi observat, in quibus lectio differat à præcedenti Capitulatione Carolina. In Capitulatione Maximil. II. quidem hæc talia ita non repetuntur, quamvis quoque contrarii quid ibi non legatur, brevissimis siquidem conceptâ & differente à prioribus non solum quod stylum lectiones articulorum, & collationem materiarum attinet, sed & in substantialibus ipsis, unde & Limnæo suspecta visa, confidenter credenti, copiam hanc cum Originali non convenire. Concordat vero iterum cum Carolina illa Capitul. *Rudolphi II. art. 3.* ut & Matthiæ *art. 3.* item Ferdinandi II. *art. 3.* & Ferdinandi III. *art. 3.* Ferdin. IV. *art. 3.* Leopoldi, Josephi *art. 3.* & Caroli VI. moderni Imperatoris invictissimi *art. 1.* quamvis in posterioribus his Capitulationibus *d. §. 3.* in forma extensiori conceptus sit, vid. B. Dn. Maurit. ad Capitul. Leop. *art. 3.* & Dn. Ahasv. Fritsch. *in adnot. ad Capit. Joseph. art. 3.* ut & *ibid.* Nitsch. in Commentar. *ad art. 3. C. 3. §. 7.* & adnotationum Author ad Capit. Car. mod. *d. art. 1.* & novissime Excellent. Dn. D. Schweder in *Collat. succincta Capit. Cæsar. post Pac. Westphal. ad art. 1. §. 2.* Quibus robur accedit firmissimum ex Instrum. Pac. Westphal. *C.S. art. 8. in §. 1.* quo nominatim Principibus & Statibus Imperii Romani hæc potestas verbis formalibus asseritur. ibi: *libero Juris territorialis tam in Ecclesiasticis quam in Politicis exercitio &c. & art. 5. §. 29.* ibi: *cum Jure territorii & superioritatis excommuni per totum Imperium hactenùs usitata praxi &c.* insuper & ex consueta utplurimum formula in literis investiturarum frequentius obviâ, nempe dem Lands-Herrn verliehen und gegeben werden ꝛc. oberste und niederste Gerichte ꝛc. mit allen und jeglichen Obrigkeiten, Ehren, Würden, Freyheiten, Herrlichkeiten ꝛc. referente ita Dn. a Seckendorff im teutschen Fürsten-Staat *P. 2. c. 1. n. 4.* & Dn. Eyben *in Explicat. Regulæ: Principes tantum posse in suis territ. quantum Imperator in Imperio C. 8. §. 1.*

Per Instrumentum quoque Pacis Westphalicæ.

& formulam *in* literis investiturarum frequentiorem.

§. V.

Hæc Superioritas territorialis in Imperio R. G. in ista sua amplitudine atque plenitudine, quâ nunc sanctionibus pragmaticis constabilita est, usuque viget per totum ferè Imperium validissimo, designat omninò regnandi potestatem Majestati ferè sic dictæ analogam & immediatè proximam Dominis Imperii R. G. territorialibus in

Hæc Superioritas territorialis in plenitudine suâ nunc describitur.

in personas & res territoriis immediatè Imperatori & Imperio subjectis appertinentes proprio regulariter, perpetuo & in successores transitorio jure, salvâ tamen Imperatoris & Imperii Majestate, competentem vid. Dn. D. Schweder *d. l.* §. *3.* & Excell. Dn. Præses *in Diss. de Mod. taxandi Jurisdict. th. 2.* Cum qua descriptione in effectu fere coincidit tùm succincta Dn. de Lynker. definitio, quâ ejus naturam ita delineat, quod sit potestas immediati post Cæsarem regiminis Statibus in personas & res territorii sui competens *in laud. diss. de Supor. territ. p. 13. seqq.* ubi etiam penitius eam explicat: tùm & quæ brevioribus adhuc concepta est verbis Dn. Hennig. s. Author. *Meditat. ad Instr. Pac. C. S. in tract. de sup. territ.* ubi ad *Spec. 4. mant. 1. p. 3.* superioritatem territorialem accuratius definiri non posse existimat, quam quod sit Jus Imperii sub summo proximi reale & proprium, ubi etiam nervosè adornatam eam definitionem pluribus eleganter declarare satagit. Diximus quod duæ posteriores allatæ definitiones ferè cum illâ, quæ â nobis priori loco tradita est, conveniant: Siquidem aliquid discriminis intercedit: in Lynkeriana etenim Superioritas territorialis saltem *Statibus* tribuitur, ex illâ qua utitur hypothesi, quod non nisi Statibus, minimè verò Nobilibus Immediatis competat *d. l. p. 16. jung. ejus diss. de Immed. Civ. Imp. R. G.* §. *14.* quos tamen & hoc jure, suo utique gradu gaudere, *supra* §. *2.* jam per plures firmavimus allegationes: quibus robur accedit non tantum ex communiori Dd. calculo & rationibus, quas hanc in rem congessit Knipschild. *in Tr. de Priv. Nob. & Ord. Equ. l. 3. c. 1. n. 2. & plur. seqq.* Sed & *arg. Capit. Cæs. novior.* Leopoldi, Josephi *art. 3.* & Caroli VI. §. *1.* ibi: Sambt der unmittelbahren freyen Reichs-Ritterschafft. Quò vel maximè pertinet Diploma Cæsareum ab Imperatore Leopoldo gloriosi memoriæ anno 1698. Nobilitati immediatæ Suevicæ indultum, die Handwercks-Zünffte betreffend: ubi ita: Als verordnen Wir, setzen, statuiren, erkennen und befehlen aus Kayserl. höchst vollkommener Macht, rechten Wissen, zeitlichen Rath und Gutbefinden, daß ꝛc. der Gewalt Handwercker anzunehmen, aus der Ritterschafft und Dero Mitglieder Immedietät, privativen Erb-Huldigung der Unterthanen und der NB. daraus sich ergebenden Land-Obrigkeit ꝛc. vid. *infrà pluribus* quæ ratio est, cur potius in genere *Territoriorum Imp. Immediatorum Dominis* adscripserimus. Deinde eam etiam restringit ad territorium cujusque *suum* nos verò indefinitè territoriorum imme-

Alii ferè eodem modo definiunt.

In quibus definitionibus tamen aliquid subesse discriminis ostenditur, & explicatur.

immediatè Imperio subjectorum mentionem injecimus. Fieri nâmque potest, ut quis Superioritatem territorialem etiam in *alieno* territorio exercendi facultatem sibi quæsitam habeat, ad instar servitutis cujusdam in prædiis constitutæ, per tradita Magnifici Dn. Præsidis *in Diss. de mod. taxandi jurisd. th. 8. p. 29.* ubi & alii adcitantur, quod insolens videri non debet; vid. Dn. Donauer *in diss. de Jurisd. in territ. alien. per tot. inprimis in c. 2. th. 4. seqq.* adeo ut & hæc ita quæsita dici possit *jure proprio* aut *patrimoniali* quod dicunt, alicui competere: utut dissentiat Dn. de Lyncker. *d. l. p. 17.* Eâ verò quâ Dn. Hennig. utitur laudem quidem meretur accuratioris cujusdam notæ, quo brevius est concepta, sed ex verbis istis adstrictioribus subobscura aliquantulum reddi videtur, saltem ex iis, prout jacent, non statim cuilibet obvium est, per eam definitionem intelligi superioritatem territorialem in nostro quæ viget Imperio. Neque enim Reipublicæ Romano-Germanicæ neque territoriorum ad eam pertinentium ulla, ne quidem per æquipollens, inibi fit mentio: siquidem & vocabulum, quod adjicitur, *reale*, uti nec superaddita vox *proprium*, id satis evidenter ob oculos ponit, cum & in alia quadam Respublica forsan & simile quoddam ita sublime jus inveniri posset, quod vel ipsius laudatissimi Authoris explicatio verborum, *reale* & *proprium*, quorum æquivocationem removere opus fuit, innuere videtur. De cætero in eo ferè omnes conveniunt, quod superioritas territorialis definiri debeat per potestatem summæ potestatis aut majestatis æmulam, ei analogam, proximam, subordinatam, quæ gradum ordinis satis discernit secus ac putat L. B. de Lynker *d. l. p. 14.* quando subordinata dicitur *in Immedietatis Imperii nostri territoriis*, aut quando ei vox immediatè significantiùs adjungitur, aut potestatem Imperii post Imperatorem summi, vel immediati post Cæsarem regiminis, aut Jus Imperii summo proximi, quæ omnia & singula in idem recidunt, & quænam id generis alia sunt Epitheta, quibus naturam ejus explicatiorem reddere & ad vivum repræsentare omnimodo allaborant. Definiunt alii nonnulli eandem per potestatem *Majestaticam* verè & absolutè talem aut *independentem* Personatus ille Joh. W. Relfendso Heromontanus *in Tr. de Summa Princ. Germ. Pot. c. 3.* Bernh. Köhne *in diss. de modern. stat. Elect. Sacr. Imp. p. 56. seqq.* & novissimè adhuc Dn. Joh. Wilh. Gœbel. Prof. Jur. Helmstad. *de Juribus Procer. Imp. Majestaticis c. 2. §. 2.* ubi Proceribus Imperii, non tantum quatenus

In eo ferè omnes convenire, quod sit potestas summæ potestatis æmula, & analoga & proxima.

An majestatica verè & absolutè talis aut independens dici queat? id nonnulli asserunt.

nus cum Imperatore in comitiis sunt congregati, & tanquam coimperantes & Majestatis Cæsareæ participes ad gubernacula Imperii sedent, sed & quatenus ut singuli & tanquam suorum territoriorum domini atque regentes considerantur; Majestatem absolute talem asserere & vindicare audent, idque partim authoritatibus partim & rationibus hanc in rem congestis. Quibus alii se opponunt & nec *illas* sufficientes aut rei ipsi convenientes, nec *has* satis concludentes, nec probantes, quod probare debebant, asserunt, adstruentes insuper ex Authoribus hanc in rem conductis potiores si penitius inspiciantur, vix intelligi posse id seriò verbis asserere voluisse, tantum abesse, ut re ipsa id constabilire intendant e. g. Rhetium *in Inst. Jur. Publ. L. 2. t. 1. §. 10.* primis definitionis suæ verbis, ut & alibi passim eandem quidem appellare potestatem summam, sed posterioribus verbis iterum ita temperare, ut facile inde judicari queat, illum summitatem illam, liceat ita loqui, intelligere saltem in certo statu, certoque gradu talem quæ analogum quid summitati indicat, quia ei proxima aut immediatè subordinata, quippe quæ superiorem alium adhuc agnoscit, quod innuere videntur ista quæ ibi sequuntur verba, *nisi Restrictio vel Lege publica vel pactis cum subditis appareat* junct. §. 8. præc. ubi expressè quod Status Imperii certo modo Imperatorem & Imperium agnoscant superiores. Nec aliud ferunt judicium de Coccejo *in Jurispubl. Prud. c. 2. §. 7.* scil. illum quidem etiam eandem per summam potestatem definire, sed expressè superadjicere, quod id intelligi debeat, *salvo Jure Imperii*, illudque ipsum ita explicare, quod summa sit *relativè* & eo in sensu, uti alias dicitur jus territorii sublime. Ad Dn. Vitriar. quoque *in Inst. Jur. Publ. l. 3. t. 15. n. 5.* nimis confidenter provocari, cum hic superioritatem territorialem non definiat per potestatem summam, potiùs verò expressè *ibid. Lit. a.* scribat, esse eam Imperatoriæ Majestati subordinatam: Et *in §. 6. seqq.* ulterius hoc confirmet, & contra eos qui eam simpliciter majestaticam pronunciant, disputet. Nec aliter judicandum esse de pronunciato Mageri *de Adv. arm. c. 6. n. 84.* scribentis, quod Status Imperii respectu subditorum suorum Majestatem habere dicantur, attamen non diffitentis, eos Principem Summum aut Imperatorem pro Superiori recognoscere *in d. c. 6. n. 66. 73. & passim.* Reliquis vero qui seriò ita opinari malunt, vel maximè obstare nexum illum plus quam notorium, qui inter territoriorum immediatorum Dominos ex una, &

Quod alii & communiter negant. & contra nitentes *vel* non seriò ita loqui, & sibi ipsis in scriptis suis contradicere contendunt.

Vel si qui seriò ita opinari malint,

iis rationes varias in contrarium opponere satagunt. Quæ recensentur.

& inter Imperium & Imperatorem ex altera parte intercedit, ex terrarum suarum ab imperio descendentium eoque casu contingente redeuntium feudali recognitione & Imperiali investitura illos ad fidem & obsequia obstringentem Dn. D. Schwed. *in Introd. Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. c. 10. §. 3.* Idque conspicuum reddi vel ex sola Juramenti formula, quam exhibet B. Dn. Sam. Stryk. *in Ex. Jur. Feud. Append. n. 14. seqq.* Ordnung des Land-Friedens zu Wormbs de Anno 1521. Tit. Handhabung des Land-Friedens, 21. §. daraus befehlen wir allen und jeden obbeschriebenen, Euch auch hiemit aus Römischer Kayserlicher Macht bey den Eyden und Pflichten, die Ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan, und bey den Gehorsam, den Ihr uns als Römischen Kayser, schuldig seyd, auch bey Verlust aller Kayserl. Gnaden, Privilegien und Rechten, so Ihr von Uns und dem Reich oder sonsten habt. Qualia sane scribi nec solere, nec Jure propitio posse ad eos qui Majestate absolutâ pollent, judicat Vitriar. *d. l. §. 6. lit. a.* vid. Joh. Guil. Itter. *d. feud. Imp. c. 9. §. 38.* ubi Juramenti à Ducibus Brunswico-Luneburg. præstare soliti formulam exhibet, cum quibus conveniunt quæ rei huic quoque convenienter scribit Dn. *de Seckendorff.* im teutschen Fürsten-Staat *p. 2. c. 2. n. 1.* verb. daß dannenhero ein teutscher Fürst ꝛc. *& n. 2.* verb. daß eine Fürstliche Hoheit nicht gar absolut seyn, sondern auf Kayserl. Majestät und das Heil. Reich Ihren unterthänigsten Respect habe: quem hanc in rem laudant Dn. Vitriar. *d. l.* & Excellent. Dn. D. Schweder *d. l. §. 3.* & *in fin. ibid.* subjiciens, nec facilè ipsos Status id diffiteri, quod & exemplo confirmat Mauritii Landgravii Hassiæ ex vero ita edicentis: *Tria Studia ruinam Imperii procurare: Primum eorum, qui caput imperii nostri absolutum non limitatum exoptant: Secundum eorum, qui libertatem Statuum deprimunt, ut servire quam obedire malint: Tertium eorum, qui dictam Statuum libertatem ita extendunt, ut legibus quibuslibet Imperii soluti quam ligati apparere malint* add. quæ latè deducit Itter. *de feud. Imp. c. 9. §. 42. & plur. seqq.* In vanum hic quoque laborare contendunt, qui hæc talia saltem ad meras titulorum consuetas formulas atque figuras, aut externi honoris ad Stylum Curiæ aptatos apparatus referre audent & amant. Ipsæ namque Provocationes ad summa Imperii tribunalia, inde emanantes causarum decisiones, commissiones, mandata, Privilegiorum de non appellando, & id genus aliorum Impetrationes, con-

concessiones, querelas de denegata aut protracta justitiâ & ad eas non infrequenter obtentas medelas, & quæ sunt similia alia, quæ per quotidianam ferè experientiam, se dant in conspectum, inde arguentes, hæc esse rerum verè ita se habentium prægnantissima pondera, non vero mera verborum & titulorum involucra. Nec rationes à Dn. Gœbel. *d. l. p. 45.* adductas, partim à præcedentia Proceribus nostris præ Rebuspublicis indulta vid. Capit. Cæs. Leop. Josephi *art. 5.* & Car. VI. *art. 1.* partim â pari cum Regibus dignitate & quæ sint similia, petitas pro Majestate verè & absolutè sic dicta Proceribus Imperii securè asserenda, satis stringere, imprimis quoque nec ex titulo illo: Dei gratia, quem à longis usque temporibus Principes nostros jure suo usurpasse, in propatulo est, hoc præcisè sequi, quod supponunt, esse eum simpliciter notam imperii absoluti & à nemine nisi à Deo dependentis, vid. hac de re pleniùs Hert. *de super. territ.* §. *86.* post plures alios Dn. D. Schweder *d. l.* §. *4. p. 822. seqq.* Quæ omnia quam erudite & quam speciosè hinc inde disputentur, de eo forte data occasione in conflictu pluribus agendi & differendi copia erit, & relicto cuilibet desuper judicandi pro eo, quo abundat ingenio, liberiori judicio, & relicta quoque cuilibet sua, qua delectatur, libertate terminis aut dictionibus utendi aut abutendi, vel in sensu suo proprio vel improprio aut analogo. Hoc tamen exinde certissimum redditur quod ex omnibus iis rectissimè evincere detur, Proceres imperii eo ipso dum dicuntur superioritate territoriali gaudere, præeminere omninò sublimi tali imperii aut regiminis Jure, quod potestatem in regendis territoriis, Provinciis atque ditionibus designat summæ potestati proximam & majestatem veræ majestatis æmulam atque analogam aut immediate subordinatam, quod modo intimavimus, salva tamen semper Imperatoris & Imperii Majestate. Quod & ipsi Principes nostri hactenus diffiteri noluerunt, nec diffitebuntur in posterum, quam diu ab Imperii nexu, in hunc usque diem iis non sinistro, se dissolvi non præoptant: quod an satis fausto sydere unquam futurum sit, temporis successus demum edocere poterit vid. Dn. de Lynker *de super. territ. p. 83.* Interim sufficit omninò ex vero ipsis asserere regendi Jus prorsus sublime aut supereminens in terris suis, quocunque tandem nomine appellitetur vid. quæ scribit Dn. Hert. *d. super territ. th. 68.* quamvis diversitas quædam in eo appareat, quod pro superiorum eminentiori statu, alio atque alio dignitatis aut conditionis gradu

Quæ, quam speciosè disputentur, de iis in conflictu, relicto cuilibet arbitrio loquendi vel propriè vel impropriè Sufficere verò hic posse quando ex vero demonstretur hanc potestatem esse sublime planè *aut* supereminens in territoriis regendi jus, utut diversum pro conditionis gradu diverso, quod osten-

dunt diversa quâ distinguuntur epitheta aut prædicata.

gradu aliter atque aliter insigniri debeat atque soleat, maximè Germanico nostro idiomate, quo quæ Electoribus, Ducibus, Principibus &c. competit communiter & recte vocatur die Lands Fürstliche Obrigkeit, die Lands Fürstliche Hohe Obrigkeit, quæ Comitibus die Gräfl. hohe Obrigkeit, quæ civitatibus Imperialibus die Stättlich oder Stättisch Hohe Obrigkeit, Bottmäßigkeit, laud. Dn. D. Schweder *d. l.* §. *5. p. 823.* Knipschild *de Jur. Civ. Imp. l. 2. C. 5. n. 22. & de Jur. & Priv. Nobil. Immed. L. 3. c. 1. n. 10.* & quæ Nobilibus Immediatis asseritur, die Adeliche Lands-Obrigkeit Knipschild. *de Jur. Civ. Iusp. d. l. n. 22.* aut in genere die Lands Hohe Obrigkeit, Lands Herrliche Bottmäßigkeit, Ober-Herrlichkeit und Gebieth, Hohe Ober- und Gerechtigkeit, Zwing und Bann ꝛc. vid. Knipschild. *de Nob. Lib. d. l.* §. *9.* textus ex Constit. Imp. pro usitatis talibus appellationibus adcitans, quomodo omnibus & singulis, similibusque aliis qui superioritate territoriali præeminent, in generica hac descriptione tribuitur, quæ tamen pro singulorum subjectorum prærogativa & conditione specificum aliud Epitheton proprium sibi suo jure vindicat.

§. VI.

Præscriptio Superioritatis Territorialis acquisitiva definitur.

Naturâ terminorum, rerumque sub illa contentarum ita satis ad oculum repræsentatâ, transire nunc debemus ad ipsam definitionem realem præscriptionis superioritatis territorialis acquisitivæ, quæ omnium optimè ita concipi posse videtur, quod sit modus Superioritatem Territorialem, ejusque Jura, per continuationem quasi possessionis temporis legibus & moribus definiti legitime acquirendi.

§. VII.

Dividitur 1. ratione objecti in eam, quâ acquiritur cum ipso territorio simul & eam, quâ seorsim, territorio apud dominum manente, acquiritur.

Dividi potest hæc Præscriptio variè & 1. Ratione *Objecti* in eam, quâ acquiritur Jus Superioritatis Territorialis *conjunctim cum ipso Castro aut territorio*, quo usucapto & præscripto & qualitas ea huic inhærens in vicem assessorii & pertinentiarum jure veniens insimul præscripta censetur; aut uti alias loquuntur *in Concreto* consideratæ: & in eam quâ Superioritas territorialis *seorsim* & *in se tantum*, & quidem etiam ut qualitas quædam prædii, & jus passivè prædio inhærens spectatur, attamen non aliter ac res quædam *per se subsistens* & *proprio suo Jure* abstrahendo à præscriptione prædii, fortean præscribentis jam antea proprii, aut jure dominii ad alium pertinentis, & penes eum in posterum quoque ita manentis velut

in

in abstracto considerata acquiritur vid. quæ scripta extant apud Magnif. Dn. Præsid. *in Diss. de modo taxandi Jurisd. th. 8. p. 29.* cum Knichen, Mantica, Matth. Stephani, Lud. Hugone & aliis *ibidem* adcitatis.

§. VIII.

2. Ratione causæ constituentis in præscriptionem superioritatis territorialis *titulatam* & *non titulatam*, sive quod hîc nobis idem est, in eam, quæ titulo non ostenso aut non probato non procedit, & eam quæ vel titulum planè non requirit, ut plurimi Doctores loquuntur, vel contenta est titulo saltem præsumpto, quæ, utut de illo titulo nihil constet, tamen ad finem suum decurrit & plenè absolvitur, efficax omninò ad plenissimum suum, qui inde propitio jure sequi potest & debet, effectum: quarum *illa* evenit in Præscriptione Superioritatis territorialis vel in *Concreto* spectatæ, quando ipsum prædium, castrum & territorium præscriptione acquiritur insimul & cum eo ipso superioritas territorialis, quæ *passivè* & *materialiter* territorio, districtui & glebæ inhæret & incubat tanquam nebula supra paludem, aut velut servitus quædam fundo connexa dicitur, post alios Reinking *d. R. S. & E. L. 1. cl. 5. c. 1. n. 7.* Ming. *de Sup. Territ. th. 9. & ibid. cit. add.* Magnifici Dn. Præsidis *supr. cit. Diss. de mod. tax. Jurisd. th. 8. p. 29. in fin.* tanquam pertinens & accessorium quid territorii acquiritur, ut hîc obtineat, quod alias dicitur, cujus est territorium, ejus & regulariter jurisdictio ei incumbens aut adhærens, Meischner. *1. dec. 7. n. 8.* quo in casu præscriptio 10. inter præsentes & 20. annorum inter absentes sufficere tradunt Matth. Steph. *de Jurisd. l. 1. c. 38. n. 33.* B. Dn. Fromman. *de Condom. territ. th. 14.* vel etiam in *abstracto* spectatæ quando jus superioritatis territorialis citra prædium, quod domini sui manet, acquiritur, in hujus tanquam alterius territorio exercendum: quo in casu iterum ad instar aliarum rerum incorporalium veluti servitutum, itidem sufficere lapsum temporis vel decennalis vel vicennalis *p. L. fin. in fin. C. d. præscript. long. temp. L. fin. C. de servit.* Dd. statuminant, utique in casu ubi servitutes sint continuæ, secus si sunt discontinuæ, quibus jura territorialia communiter comparantur, indeque & in his præscribendis, ex communi Dd. opinione immemoriale tempus exigunt, vide paulò abhinc & infra adhuc pluribus, idque sive talis præscriptio decurrit adversus Constatus, sive adversus similes alios etiam privatos Thom. Michael. *de Jurisdict. th. 63.*

2. Ratione causæ in titulatam & non titulatam.

Titulata quænam dicatur.

Quæ locum invenire potest, & in præscriptione superioritatis in concreto & seorsim facta.

th. 63. lit. f. & g. Dn. L. B. de Lynker. *de Sup. terr. p. 42.* quarum sententia prior quidem analogiæ Juris nostri Romani propius accedere videtur Pauermeister. *de Jurisd. Imp. Rom. L. 1. c. 23. n. 27. seqq.* quamvis secundum communiorem Doctorum sententiam modernis moribus etiam communius receptam tempus immemoriale aut secundum nonnullos alios longissimi temporis 30. vel 40. annorum decursus requiratur. Hic tamen id sufficere potest, quod in illa longi saltem temporis præscriptione titulo opus sit utroque illo casu, ut & bona fide, eaque probare necesse habeat, qui ejusmodi in Præscriptione suam intentionem fundare discupit, quibus probatis talis præscriptio suum operatur effectum, ita ut etiam superioritas aut jurisdictio illa territorialis possessori vel quasi acquisita sit, utut tempus immemoriale non, sed saltem longum illud tempus effluxerit. Laud. Dn. D. Frommann. *th. 14. in fin.* Contra verò *hæc* quæ non titulata audit sine decursu temporis immemorialis invalida dicitur, eo verò elapso efficax redditur, etiam adversus Imperatorem & Imperium, ita ut per continuationem talis quasi possessionis superioritatis possidenti illi rectè acquisita censeatur, etiam sine titulo, quippe qui in lapsu temporis, cujus nulla in contrarium extat memoria, contineri creditur, cujusque locum implet tanti temporis possessio vel quasi. *c. 4. x. de Præscript.* cum & vim constituti *l. 3. §. 4. ff. de aqu. quot.* consuetudinis & legis *l. 1. in fin. cum l. seq. pr. ff. d. aqu. & aqu. pluv. arc.* privilegii *c. 26. §. præterea x. d. V. S.* expressæ concessionis etiam à Principe factæ Reinking. *de R. S. & E. l. 1. Cl. 5. c. 2. n. 26. seqq.* Ming. *de Super. Territ. §. 26.* B. Dn. Lauterbach. *de variet. temp. art. ult.* & post immensum Doctorum numerum B. Dn. D. Harpprecht. *de Præscript. imm. à collect. §. 30.* ubi quod & se habeat in vicem Privilegii ex certa scientia à Principe indulti, & tantum possit, quantum Princeps supremus cum causa & ex plenitudine potestatis, hancque sententiam quoad Regalia & alia similia eminentiora jura etiam quoad præscribendam superioritatem territorialem contra Imperatorem & Imperium in nostro imperio receptissimam esse testatur Rosenthal. *de Feud. c. 5. concl. 26. n. 1. seq.* Klok. *in relat. camer. 72. n. 73. sq.* communem hanc opinionem asserens. Alii quod jam intimavimus, longissimo tempore 30. l. 40. annorum sufficere putant ad talium jurium præscriptionem *l. fin. C. de Præscr. long. temp. c. ex literis x. de Jur. Patr. c. cum olim x. d. Præscript.* Matth. Steph. *de Jurisd. l. 1. c. 38. n. 33.*

Non titulata verò immemoriale tempus requirit.

Etiam sine titulo.

Rationes cur ita?

n. 33. Gentil. Pistor. & alii apud B. Dn. Maurit. *P. 1. cons. 1. n. 9.* Longoval. apud Pauermeist. *de Jurisdict. Imp. L. 1. c. 23. n. 26. in fin.* Michael. *de Jurisd. concl. 63. lit. b. seq.* Henniges *de Super. terr. p. 14. §. 20.* ubi diversas sententias diversimodè vel longissimum l. plane immemoriale tempus ad præscriptionem superioritatis territorialis requirentium conciliare hoc modo allaborat: ut *cum titulo & bona fide quadraginta* annis hoc jus præscribi possit, immemoriali verò etiam *sine titulo* solâ continuæ possessionis & exercitionis virtute, etsi possidendi habendive principium vitiosum fuerit, veluti violentum. Quæ iterum hîc nobis ostendunt, differentiam inter præscriptionem hujus juris *titulatam* & *titulo carentem*, ita ut *illa* breviori tempore, & vel longo l. longissimo, *hæc* verò non nisi latissimè excurrente veluti immemoriali tempore absolvatur: in quo etiam concordant antea allegati Stephan. & Michael. *dd. ll.* B. Dn. D. Fromm. *de Condom. territ. th. 14. circ. fin.* aliique qui insuper distinguunt, an præscriptio decurrat *contra Imperium & Imperatorem*, quam requirere tempus cujus initii memoria non extat per R. I. Aug. d. Anno 1548. §. wenn auch 56. ibi: wann gegen Ihn nicht dargethan werden könte, daß Er je in Menschen Gedächtnüsse ꝛc. Et §. Hätte aber 59. §. Wann aber innerhalb Menschen Gedancken 64. an contra *alium*, quam pro diversitate casuum vel longo l. longissimo tempore contentam esse adstruunt Dn. Donauer. *de Jurisdict. in terr. al. c. 2. th. 40.* Knipschild. *de Nob. l. 3. c. 1. n. 57.* & *de Jur. Civ. Imp. l. 2. c. 5. n. 53.* L. B. de Link. *d. l. p. 42.* Quamvis alii simpliciter immemoriale tempus requirant, ubi superioritas sine territorio acquiritur Dn. D. Schweder *d. S. 2. c. 10. §. 9.* Dn. Hert. *de Super. terr. §. 61.* Brunn. *Cons. 167. n. 2.* ibi: Es ist unlaugbahr, daß nach gemeiner Meynung der Gelehrten alle Jura und Regalia, so per Privilegium Summi Principis mögen erhalten, auch durch undencklicher Verjährung, wann sie also beschaffen, daß kein Mensch eines Contrarii Actus sich erinnere, und der Superior, wider welchen die Verjährung läuffet, dessen nicht unwissend, können erworben werden.

§. IX.

3. Dividitur ex *adjuncto temporis* superioritatis territorialis præscriptio in eam, quæ *longo tempore* 10. vel 20. annis perficitur, quando insimul cum territorio præscribitur, & in eam quæ *longissimo* 30. vel 40. annis absolvitur, quæ sine dubio ex ratione juris valida,

3. Ab adjuncto temporis in eam, quæ longo, & *quæ* longissimo.

lida, utique suis in casibus modo indigitatis, judicari debet, ubi de titulo constat, res dubia est. Et quamvis alias quoque ex solo longissimi temporis lapsu titulus præsumatur & præsupponatur *l. 8. §. 11. C. de Præscr. 30. ann.* Dn. Lauterb. *de variet. temp. art. ult. §. 6.* & D. Harp. *de Præscript. immun. à Collect. th. 30. seqq.* ubi imprimis de quadragenaria immunitatis à Collectis præscriptione id verum esse ratione tituli in ea quam maximè præsumti pluribus tum per generalitatem textus *in l. 4. C. de Præscript. 30. l. 40. ann.* tum per *l. fin. C. de fund. Patrim.* ibid. penitiùs explicatam, tum *per c. 4. x. d. Præscript.* adstruit, quæ verior quoque est sententia, quando rationem & analogiam juris sectamur, & denique in eam quæ tempore immemoriali perficitur & absolvitur, & usu ferè communiùs obtinet, quod in specie hoc superioritatis territorialis jus, in se & in abstracto consideratum, non nisi hac immemoriali præscriptione ubi de titulo non constat, acquiratur B. D. Fromman. *d. l. th. 14. concl. fin.* & moderni Doctores D. Schweder, Lynker. Hert. & alii *supra jam citati* quod extra dubium est, ubi præscriptio contra Imperatorem & Imperium decurrit, in quo omnes communiter consentiunt.

Et denique in eam, quæ immemoriali tempore absolvitur.

Caput II.

De Causis hujus Præscriptionis agit.

§. I.

Fundatur hæc superioritatis territorialis perinde ut aliarum rerum aliorumque similium jurium præscriptio in jure & *naturali gentium & Civili*, eoque quod obtinet tum ex LL. Romanarum tum ex Constitutionum Imperii nostri R. G. principiis. Quod ad *illud* spectat rectius sentimus cum illis qui statuunt, quod uti usucapio ita & præscriptio, inprimis quæ est sive longissimi sive plane immemorialis temporis, inter modos dominia aut alia jura acquirendi, omni jure justos referri mereatur. Quamvis enim *externa specie* præscriptiones aliquid à Jure naturæ alienum continere videantur, imprimis ex hac ratione, quod æquitati naturali omninò adversetur, id quod meum est sine facto meo in alium transferri *l. 11. ff. de R. I. §. 2. J. d. his qui sui l. al. jur. l. 2. ff. eod.* & alterum cum damno alterius locupletari *l. 14. ff. d. cond. ind. l. 206. ff. d. R. I.* re verâ tamen, modò ex circumstantiis suis justificis prudentiùs perpensis æstimentur, nihil ejusmodi in se habent, potiùs verò consentiente, imo

Fundamentum Causamque remotam hujus præscriptionis ex Jure Naturæ & Gentium repeti posse statuitur atque firmatur.

imo dictante ratione juris naturalis justæ pronunciari debent, dum sequuntur negligentiam dominorum aut possessorum priorum, & quam ista tùm derelictionis præsumtionem inducit, tùm amissionis pœnam meretur, insuper publici boni rationem quam maximè sectantur, quæ in eo consistit, ne dominia aliave jura diutius maneant in incerto, & ex ea incertitudine confusiones oriantur non facile exsuperabiles litesque, quam optimè fieri possit, præcaveantur vel amputentur *L. fin. ff. pro suo.* Egregiè pro more suo hanc in rem Mev. *in Nucl. Jur. N. & G. insp. 6. §. 24. n. 2. & §. 32. n. 4.* Struv. *in S. I. C. Ex. 43. § 2. & ibid.* Müll. *in addit. lit. d.* Harpprecht. *in Comment. ad pr. J. de Usucap. imprimis n. 40. seqq.* ubi ad contraria respondet & nihil alieni ab æquitate naturali subesse statuminat Dn. Coccej. *d. Præscript. imm. c. 4. n. 2.* ubi præcedentibus & hanc jungit rationem cum iis coincidentem ne possessores perpetuò quasi amittendarum rerum metu convellantur *L. 7. pr. C. d. Præscript. 30. ann.* sed finis sit omnis solicitudinis & litium periculi add. Magnif. Dn. Præses Fautor pia mente semper colendus *in Posit. Contr. ad L. 2. J. tit. prior. th. 9.* Et ex hisce rationibus etiam *Gentium consensus* facilius usum præscriptionum recepit, atque induxit Mev. *d. l. §. 24. n. 2.* ita ut etiam obtineat inter gentes quà gentes & non tantum inter eos, qui ejusdem Reipubl. sunt concives, sed etiam inter eos qui eadem Republicâ non comprehenduntur, Jure Naturæ & Gentium saltem gaudentes Grot. *d. J. B. & P. L. 2. C. 4. §. 1.* ubi Vasquium hoc negantem refutat, adstruens quod, si cum eo statueretur, controversias de Regnis Regnorumque finibus nullo unquam tempore extingui, maximum inde secuturum sit incommodum, ex quo non tantùm multorum animi perturbarentur, & bellorum semina copiosè projicerentur, sed & id ageretur, quod communi Gentium sensui repugnaret. Id quod etiam convalidare allaborat & exemplis variarum Gentium hoc præscriptionis Clypeo identidem se defendere assuetarum, inprimis Hebræarum & Græcarum tam ex sacris quam profanis historiarum monumentis maximè exemplo Jephtæ Ammonitarum Regi trecentorum annorum possessionem objicientis ex *Judic. c. 11. v. 26. sq.* vid. tn. B. D. Cancell. D. Osiand. *in not. ad Grot. d. l.* quod & ulterius confirmant Ziegler. *in not. ad Grot. d. l. num. 1.* Conring. *d. finibus Imperii c. 19.* Hahn. ad Wesenbec. *tit. ff. d. Usucap. n. 9.* & in specie quoque de Principum bonis & juribus tempore legitimo præscribendis Marc. Rhod. *d. præsc. bon. Princ. c. 2. n. 26. sq.* B. Dn. Harpprecht. de *præ-*

script.

Pariter & ex Jure nostro Civili.

script. immun. à. collect c. 2. §. 1. sq. Quod vero ad jus nostrum *Civile*, quo in Imperio R. G. utimur, attinet, indubium omninò est, quod LL. Romanis præscriptiones tanquam modi dominium aliave jura acquirendi justi, suam acceperint substantiam & efficaciam plenissimam, quippe quæ eas sibi quasi proprias fecerunt, formâ specificâ iis superinditâ, multisque singularibus tùm circa modum tùm circa tempus desuper inductis, quo respectu quoque modi dominium ut & alia jura acquirendi *Civiles* appellantur *pr. J. d. Usucap. L. 3. ff. eod. L. 3. cum sqq. L. 8. §. 1. C. de Præscript. 30. l. 40. ann. L. fin. C. de fund. Patrim. L. 23. cum Avh. sqq. C. d. SS. Eccles. Nov. 121. c. 6.*

Etiam ex Jure Canonico & Constitutionibus Imperii, & moribus modernis.

Cum quibus concordant & Jus Canon. *in C. 1. de præscript. in 6.* in specie quoad præscriptionem immemorialem Constitutiones Imperii, uti constat *ex R. I. Aug. de anno 1548. §. 56. 59. & 64.* non minus & mores moderni etiam in acquirenda per præscriptionem superioritate territoriali, quæ in specie hujus considerationis est objectum, quod patet ex jam supra deductis & infra porro deducendis.

§. II.

Ratione, causæ efficientis proximæ requiritur.

Secundum harum LL. normam ut tale Jus territoriale acquiri possit pro *Causa efficiente proxima* requiritur 1. possessio vel quasi, quæ ad omnem usucapionem vel præscriptionem, quâ dominium vel simile aliquod jus acquiritur, sive inchoandam sive consummandam præsupponi debet *L. 25. ff. de Usurp. & Usucap.* eaque 2. ratione finis *Civilis*, quæ conjuncta est cum affectu & animo dominium, ubi scil. agitur de re corporali, aut jus illud quod in rebus incorporalibus loco dominii est, & dominum quamvis non *formaliter*, attamen effectivè talem dicit, acquirendi *L. 55. ff. d. O. & A. L. 13, pr. ff. d. Usurp. & Usucap.* Quemadmodum enim in præscriptione servitutum etiam Civilis possessio requiritur, & civiliter ratione finis quasi possidere dicitur, qui re alterius jure servitutis & quidem servitutis sibi constitutæ, quæ quamvis non sit in ejus *dominio strictè* sic dicto, tamen in bonis ejus esse censetur, utitur *L. 10. 11. 18. L. fin. ff. serv. quem amitt.* ita & in præscriptione superioritatis territorialis civilis possessio necessaria esse recte dicitur, quâ quis eam exercet ad eum modum, quo eâ utitur tanquam sibi suo jure quæsitâ aut instar domini. 3. Requiritur etiam *titulus*, qui est justa ad dominium aliàs acquirendum habilis causa, & quidem *verè non putativè* interveniens de regula *L. 27. ff. de usuc.* nisi justa excusabilis erroris causa doceri possit, quo casu titulus etiam putativus per exceptionem à regula justam facit

1. Possessio *vel* quasi eaque.

2. Civilis conjuncta cum animo *aut* affectu dominium, *vel* aliud aliquod jus acquirendi.

3. Titulus & quidem regulariter verus, *non* putativus.

possessionem per *L. 11. & L. 2. ff. §. 15. pro empt.* & qui tali titulo niti vult, eum probare necesse habeat *L. 2. ff. d. Prob. L. 10. C. d. non num. pec.* cum exceptionem usucapionis & præscriptionis allegans eam probare debeat, cum omnibus suis requisitis, inter quæ etiam est titulus Bach. ad *Tr. 2. d. 22. th. 5. lit. H.* add. Magnific. Dn. Præses *in Collat. Sect. 11. th. 2. p. 22.* quod utique juris est tralatitii & hic quoque applicabilis in *præscript. 10. l. 20. annor.* non tantum, quando superioritas territorialis cum ipso territorio mediante hac præscriptionis specie acquiritur, sed etiam quando sola hæc sine territorio tanquam, separatum, & per se subsistens jus longi temporis præscriptione alicui acquisitum dicitur, siquidem & sic titulum in casu, quando e. gr. à non domino quem dominum esse crediderit, hoc jus in complexu suo emtione, donatione aut simili alio titulo sibi comparavit, accedente usu & patientia, qua fit quasi traditio *L. 11. §. 1. ff. d. Publ. in rem act. L. fin. ff. de Servit.* perinde ac in aliis juribus veluti etiam in servitutibus longi temporis præscriptione quærendis titulo omnino opus est *L. 24 ff. de R. V. L. 4. L. fin. C. d. long. temp. præscr.* quod latius deductum videre licet apud Magnific. Dn. Præsid. *in Disput. de Jure font. th. 9. p. 37. seq.* ubi insimul ad *text. L. 10. pr. ff. si serv. vind.* quem ut plurimum cum magna fiducia dissentientes objicere solent, respondet. Quando verò pro asserenda sibi superioritate territoriali quis opponit, aut allegat præscriptionem *longissimi* 30. vel 40. annorum, aut planè immemorialis temporis, ei sufficit titulus talis saltem *præsumtus*, quippe qui in decursu tanti temporis, maximè cujus initii memoria non extat, intervenisse supponitur atque præsumitur, ita ut sola tanti temporis quasi possessio, & per eam absolutæ præscriptionis legitima demonstratio atque probatio sufficiat *L. 2. C. d. Præscript. 30. l. 40. ann.* quæ est communior DD. conclusio in specie quoque quâ superioritatem territorialem ita acquirendam *per supr. all. in C. 1. §. 6. sq.* denique & 4. requiritur etiam *b. fides*, quæ de Jur. Canon. & moribus nostris omni omninò tempore adesse debet & in præscriptionibus longissimi *C. fin. x. d. præscript.* aut immemorialis temporis, imo etiam centenaria, cum enim mala fides easdem corruere faciat, & exceptio malæ fidei post aliquot annorum myriades adhuc competere & opponi posse quasi communi ore dicatur post alios Fac. Jurid. Tub. apud B. D. Harpprecht. *in Cons. Tubing. 30. n. 29. sq.* quod tamen ita temperandum, ut procedat saltem *ubi de mala fide aperto constat*, vel in casu, quo

Datur exceptio: quem allegans probare tenetur in præscriptione temporis longi, non tantum ubi cum ipso territorio; sed & separatim atque sola eâdem acquisita prætenditur.

Non item in præscriptione temporis longissimi, *aut* immemorialis, in quali etiam præsumptus titulus sufficit.

4 Bona fides, quæ de Jure Canonico, moribus etiam in præscriptione longissimi, immemorialis & centenaria requiritur,

oum exceptio m. fidei semper competat, quod limit. procedere saltem, ubi de m. fide, aperto constat, vel adversarius contrarium probare vult.

quo contra hîc militantem b. f. præsumtionem, quam præscriptio longissimi temporis nedum immemorialis juxta canones in se habet, etiamsi nullus possit allegari titulus, adversarius contrarium & possessionem m. fide vel cæptam vel ad finem perductam probare vult, in quo non impediendus, uti id pluribus jam deductum ap. Magnif. Dn. Præs. *in Collat. S. II. d. th. 2. p. 580. sq.* ubi & authoritates & præjudicia inveniuntur quorsum remittimus. Et hæc talia quoque in hac materia superioritatis territorialis præscribendæ observanda venire, constat ex eo, quod nullibi, ne hodie quidem excepta deprehendatur, ut & ex communiori DD. calculo, *de quo jam supra.*

CAPUT III.

De Subjecto s. de iis, qui ad superioritatem territorialem præscribendam habiles sunt, & adversus quos præscriptio talis decurrere potest, agit.

§. I

Subjectum activum constituunt 1. In genere omnes, qui res possessione, *vel* quasi sibi acquirere possunt.

IPsum rubrum hoc indigitat, *subjectum* hujus præscriptionis duplex esse, & *activum*, quod præscribit & *passivum*, quod præscriptionem patitur. Primò nobis agendum de *illo*, deinde de *hoc*. Sub nomine *subjecti activi* veniunt nobis 1. *in genere* omnes illi, qui quacunque usucapionis & præscriptionis specie res quasvis præscriptibiles s. corporales s. incorporales sibi acquirere possunt, quales sunt, qui res tales *civiliter* vel *verè* vel *quasi* possidere valent, animum & affectum dominii aliusve alterius juris acquirendi habentes, quippe sine quo jura talia non acquiruntur *L. 55. ff. d. O. & A.* idque indistinctè s. id agant singuli ut singuli, s. collecti in quandam communitatem aut universitatem, quia & civitates aut universitates civiliter possidere, adeoque usucapere aut præscribere possunt per *L. 7. §. 3. ff. ad exhib. L. 2. ff de A. vel A. P. vid. supr. c. 2. §. 2.* Deinde 2. & in hac hypothesi omnes illi, qui territorium aliquod juraque territorialia civiliter possidere sibique acquirere valent. Territorium enim, quatenus accipitur pro universitate agrorum aut tertarum, jurisdictione munitâ, immediatis Imperii civibus competente, & jus superioritatis die Lands-Obrigkeit, ei quippe hodie annexum, involvente, uti post B. Dn. Stryk. *de Jurisd. circumsept. c. 1. num. 58. recte definit.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. Cap. 1. §. 3.* subjectum superioritatis territorialis commune, quod *materiale* vocant, constituit, in quo ex Legis providentia s. consuetudine hæret perpetuò, radicesque

2. Hic, qui territorium & jura territorialia civiliter possidere possunt. Territorium quomodo accipiatur, & subjectum

que suas agit & mediante demum agro seu territorio, eoque sive integræ alicujus provinciæ, in qua plura sunt oppida, sive unius urbis agrique adjacentis, terminis finiatur, personæ, quæ possidet, competit. Author *meditat. ad Instrum. Pac. Cæs. Suec. 4. eique adj. Mantis. 1. de super. territ.* §. *13.* Ex qua diversa rerum consideratione, diversa illa, quæ apud JCtos & maximè etiam Juris Publici scriptores invenitur vocis territorii acceptio, quâ interdum illud *activè & formaliter* sumunt, pro ipsa superioritate territoriali die Lands Hohe Obrigkeit, interdum *passivè & materialiter*, pro terræ spatio hac jurisdictione munito, post alios From. *d. l. Cap. 6.* §. *1. & sqq.* L.B. de Lynker *de super. terr. p. 10.* quæ illi uti etiam DD. loquuntur, incubat aut inhæret tanquam nebula paludi, & ceu umbra corpus sequitur, post alios Thom. Michael. *de Jurisd. concl. 144.* Ming *d. super. terr.* §. *9.* B. Dn. Fromm. *d. l.* & 3. omnes illi qui territorium tale possident, quod recipiendo huic juri territoriali aptum est, quale est, quod Imperatori ac imperio immediatè est subjectum, sive, quod post territorialis sui domini potestatem & jurisdictionem nullius superioris agnoscit imperium, quam ipsius solius Imperii. Si enim alius in actibus jurisdictionis concurrere, & contra domini ordinarii mandata decernere, eumque hac ratione in usu juris sui impedire potest, tunc territorium tale sublimis hujus juris propriè sic dicti, capax esse non potest, rectè ita advertente Authore *meditat. ad J. P. d. l.* §. *13.* ubi hoc exemplo Principum in Silesia, quorum ditiones agrique, quos ibi possident, non ἀμέσως post dominorum suorum ordinariam jurisdictionem in imperii recidunt potestatem, sed intermedium Regis Bohemiæ in terris illis dominium recognoscunt, pluribus confirmare satagit. add. L. B. de Lynker *de super. terr. p. 64.* Insuper quoque 4. qui ratione personarum suarum atque conditionis suæ superioritatis hujus capaces existunt, quales propriè loquendo non sunt, nisi Cives imperii bonorum talium immediatorum jure territorii præditorum possessores. Si enim immmediati quidem sunt, territorium tamen nullum adhucdum habent, hoc jure actu gaudere non possunt, inter eos verò qui instructi sunt talibus bonis imperio immediatè subjectis, sublimis hujus juris capaces sine dubio omnes, qui sunt *Status* Imperii, strictè & propriè qui dicuntur Stände des Reichs referri debent, quod subjectum superioritatis territorialis *proprium*, quod *formale* etiam appellitant constituere statuminant laud. Author *mediat. d. l.* §. *15.* quippe quibus eminenter & per excel-

superioritatis territorialis constituat.

& quomodo active & formaliter pro ipsa superioritate territoriali, & quomodo passivè & materialiter pro ipso terræ spatio cui inhæret accipiatur.

3. Qui possident tale territorium, quod recipiendo huic juri aptum est.

Quod est, quod Imperatori & Imperio immediatè subjectum est.

4. Qui ratione personarum suarum hujus juris sunt capaces, uti sunt cives Imperii bonorum immediatorum possessores.

Quales sunt præ aliis Status Imperii, quibus tale jus competit per excellentiam. Veluti Electores, Duces &c. Civitates quoque Imperii liberæ & immediatæ.

excellentiam tale jus tribuitur. Unde sua sponte, sequitur in Imperio nostro Electores, Duces, Principes, Comites &c. Jus superioritatis territorialis mediante præscriptione quoque sibi acquirere posse, vid. imprimis *Instrum. Pacis Osnabr. Cæs. Svec. art. 8. §. 1.* & late Ming. *de super. terr. C. 3. §. 12. sqq.* Non minus & eodem Statuum Jure Civitates quoque Imperii immediatæ atque liberæ, perinde ac illi Imperii Proceres & Potentiores ad hanc præscriptionem admitti debent tanquam superioritatis territorialis quoque capaces *arg. de art. 8. §. 1.* Quo etiam quam maximè fecit declaratio Cæsar. in Comitiis August. ann. 1582. facta, quam recenset Lehmann. in Chronic. Spirensi *L. 4. C. 4.* & ex hoc Dn. Burk. Gotthelff Struv. *in Diss. de Civit. Imp. territ. Claus. §. 43 seqq.* & hæc quæ ipsis competit potestas non solum ex Cæsaris peculiari s. privilegiata concessione, aut solo usu immemoriali, sed cum fundamento in re, & quod conditionem status habeant, adeoque propriè & realiter competit, quam & Cives illarum nexu subjectionis omnimodæ agnoscunt, quod ipsi rei veritati & praxi notissimæ omnino est conforme, ut & idem propugnat & ab objectionibus nonnullorum vindicat laud. Dn. de Lynker *d. l. p. 65.* ubi insuper & *plenè* eandem iis competere adstruere non dubitat, & jam ante satis latè textibus & rationibus item authoritatibus adcitatis copiosius deduxerunt Ming. *de super. terr. §. 19. & sqq.* Knipsch. *de Jur. Civ. Imp. l. 2. c. 4. n. 7. sqq.* & inter noviores quoque B. Dn. Hert. *de super. terr. L. 2. sect. 1. §. 6. sqq.* Magn. Dn. Schweder *in Introd. in Jus Publ. Part. Spec. s. 2. c. 10. §. 11. in fin. & in Diss. d. Pari nexu Civ. Imp. cum Imper. c. 2. §. 7.* Dn. Gottl. Burk. Struv. *in S. J. P. c. 21. §. 32. & in Diss. de territ. claus. Civit. Imp. §. 22.* ubi & Dissent. præter Knichen *d. Subl. & Reg. territ. Jur. §. 1. n. 304. sqq. ut & Velit. Apol n. 25. 120. & 130. sq.* qui præ aliis hac in re occupatus est Tennag. *de proc. decern. cl. 1. c. 10. n. 3.* Gylmann. *Symphor. tom. 3. verb. Civ. Imp.* & Ockel *in Tr. de reg. postar. Jur.* adducit: in specie verò & ex professo Civitatibus Imp. hoc jus territoriale asserit & constabilit Wildvogel *in Diss. de super. territ. Civ. Imp. per tot.* Quæ civitates ergò non sunt immediatæ & liberæ Imp. civitates, sed Municipales aut provinciales saltem, etsi ferè omnia jura actusque potestatis territorialis exerceant, quia tamen territorium in quo Principes sibi arrogant dominium majus, fideque sibi & subjectione tanquam domino territoriali & hereditario obnoxium, tenent aut possident, idcirco Magistratus ejusmodi Civitatum non

Secus si sunt saltem municipales, *aut* provinciales.

jure

jure territorii strictè ita dicti, sed ex speciali privilegio & diuturnæ possessionis jure, ista peragere rectiùs dicuntur Auth. *Med. ad J. P. in d. Mantiss. §. 13. in f.* Anne verò & in genere de Civitatibus, quas vocant *Mixtas*, hac in parte idem statuendum sit, quod modò diximus de civitatibus *Provincialibus* in se merè talibus? Quæstio est valdè anceps. Sunt enim qui negant in Imperio nostro dari Civitates taliter mixtas, quæ partim sunt Imperiales partim Provinciales aut saltem non commodè ita appellari, veluti Referens apud Klock. sub exemplo urbis Brunswicensis, Engelbrecht. Pauermeister. Rhet. quos in campum eduxit Dn. Hert. *de super. territ. §. 7.* Sunt qui affirmant Schilter *in Inst. J. P. L. 1. c. 23. §. 4.* ibi: Mixtas Civitates olim datas verius est, & quos adcitavit Knipschild *de Jur. & Priv. Civit. Imp. L. 1. c. 3. n. 8. sqq. plur.* quibus ipse calculum suum adjicit & exemplis Civitatis Hamburgensis, Brunswicensis aliarumque, & copiosè adductis argumentis hanc affirmativam suffulcit & convalidat. Et distinguunt eas tripliciter, in *pactitias*, in *exemtitias*, & in *privilegiarias*, uti has species producit & explicat Hennig. Bruning. *de var. Univ. Specieb. §. 15.* & post alios pluribus perspicuè Knipschild *d. l. c. 2. n. 34. in fin. & sqq.* add. Dn. Kemmerich. *in Introd. ad J. P. L. 4. c. 18. §. 26.* ubi tradit quotupliciter Civitates mixtæ Doctoribus dicantur, & vel ita, ut eo nomine intelligant eas, quæ *immediatæ* quidem sunt, sed suffragio in Comitiis Imp. carent, vel ratione Jurisdictionis Criminalis aliarumve præstationum vicino sunt obnoxiæ, vel ita, ut Statibus quidem subditæ sint, sed eximiis gaudeant privilegiis, & *illas* quidem *Imperialibus*, *has* vero *municipalibus* Civitatibus rectè accenseri statuit, licet utrumque genus *irregulare* quid contineat, & gradu quodam à cæteris differat, uti observat *Id. d. l. §. 27.* Hert. *d. l. §. 7. in f.* An verò tales Civitates mixtæ aut irregulares superioritatis territorialis quoque capaces dici queant? & vix est, ut quod potestatis his ipsis quæ in sensu priori ita dicuntur & quatenus Civitatibus Imperialibus aggregatæ reperiuntur, competere dicitur, superioritatis territorialis nomine indignum planè censeatur, utut enim nunc & quamdiu res nondum decisa, in *actu exercito* eam non habeant, non sine ratione tamen eandem iis competere dici potest in actu saltem *signato*. Quemadmodum nonnullæ talium civitatum ad Imperiales relatarum eam experiri debuere sortem, ut illis status quæstio mota fuerit, uti *Bremæ* à Rege Sueciæ, unde & suffragium ejus aliquantisper suspensum:

Anne & civitates, quas vocant mixtas? quæ partim Imperiales, partim provinciales. Sunt qui tales dari negant. Sunt, qui affirmant. & dividunt *in* pactitias, *in* exemptitias *& in* privilegiarias. Aliique in eas, quæ sunt quidem immediatæ, sed suffragio in comitiis carent, & in eas, quæ ratione jurisdictionis criminalis &c. vicino sunt obnoxiæ, vel Statibus subditæ attamen privilegiis eximiis ornatæ, quarum illas Imperialibus, has verò municipalibus accensent, & illæ supe-

rioritatis capaces videantur, utut non in actu exercito, tn. insignato, dantur exempla. Hæ verò non item.

sum : Hamburgo à Rege Daniæ, Herfordiæ à Regæ Borussiæ, & Abbatissa, Kemmerich *d. l.* §. *30.* Dn. D. Schweder *in Jur. Publ. d. l.* §. *14. in pr.* Negandum contra de iis est, quæ in sensu *posteriori* accipiuntur & mediatæ potius sunt atque municipalibus associandæ quam immediatis ac imperialibus, quæ talis juris in sensu suo stricto participes non sunt, ut ut eximiis aliquibus Juribus utantur : per supra tradita ex Author *Med. J. P. d. l.* jungantur quæ tradit Knipsch. *d. c. 2. n. 38.* ubi quod nota subjectionis eo modo non eluatur: & Dn. de Lynker. *de super. territ. p. 56. in f.* ubi, quod si daretur immediata Civitas, sessione & suffragio in Comitiis destituta, non possit dici jus superioritatis territorialis habere, sed jurisdictionem liberam ei similem, cum non statim qualiscunque rei immediatæ possessio, quamvis terræ amplæ fuerit, jus territorii conferat. Unde quoque Collegiis quibusdam Canonicorum & Canonissarum qui quæve immediatè Cæsari & Imperio in Civilibus parent freye Kayserliche Stiffter, qualia dicuntur esse Collegium Canonicorum Brusellæ in Prutheim, & Canonissarum in Burgscheid, juxta Aquisgranum: Nec non Burggraviis, Ganerbiorum & Commendatoribus Ordinis Teutonici immediate imperio parentibus, quæ recenset Magn. Dn. D. Schweder *in Jure Publ. p. 831.* hanc potestatem negat Dn. de Lynker. *d. l. p. 66.* cum hac tamen superadjecta limitatione, nisi cum illo axiomate in complexu vel universitate à Cæsare in Feudum concedatur, aut bonis illis superioritas vel effectus ejus tanquam jus reale jam inhæreant Id. *d. p. 66.* add. scripta apud D. Hert. *de Special. R. G. Rebusp. t. 9. & ibid. alleg.* Quod vero attinet *Nobiles Imperii Immediatos*, iis in totum hoc jus denegari suo in sensu non posse, dicere jam antevertimus *supr.* §. *2. in fin.* quod & aliquoties jam alibi præeuntibus quoque nostratibus JCtis beatè jam defunctis indigitavimus locis in *d.* §. *2.* all. utique tamen non aliter, quod & hîc merito repetimus, quàm in sensu *demissiori*, aut non ita eminentiori, ac est penes illos, qui Principum & Statuum Imperii strictè sic dictorum nomine veniunt, in quibus competens insimul status qualitas, qua præfulgent, hoc efficit, ut superioritas territorialis de iis per *excellentiam* prædicetur, & pleniori, perfectiori ac eminentiori jure iis tribui debeat, uti etiam hoc exprimit aliquoties jam laud. Author. *Med. ad J. P. Osnab. Cæs. Suec. in Mantiss. ad Vol. 4. adjectà prima d. super. terr.* §. *25.* Nobiles quippe Immediati in Franconia, Suevia, & ad tractum Rheni, quicquid potestatis in

An & Collegiis quibusdam immediatis Canonicorum & Canonissarum superioritas territorialis competat.

Nobilibus Imperii immediatis in totum denegari non posse statuitur, quamvis non in sensu adeò eminenti ac cernitur in Statibus Imper.

Cum habeant id juris ex solo

in territoriis aut ditionibus suis habent id ex solo *immedietatis* charactere, & possessione terrarum immediatarum, hisque connexi & propitiis quoque insequentibus tandem sanctionibus imp. pragmaticis, & Rescriptis Cæsareis inhærentis talis juris, successivè hinc inde fortiùs ad eum modum confirmati, sibi quæsitum habent, quod quidem alii negant, veluti Lampad. Lud. Hugo, Strauch. & Rhetius locis all. apud Hertium *in Diss. de Special. Rem. Germ. Imp. Rebusp. earumque variis nominibus atque figuris* §. *8.* quibus addi merentur Author. *Med. J. P.* §. *25. circa fin.* Dn. Lynker *in Diss. de super. terr. p. 66.* Multo majori verò numero alii hunc juris articulum affirmativè decidunt, teste Dn. Hert. *d. l.* & esse hanc communem Doctorum conclusionem asserit, & cumulatim adducit Knipschild. *d. Jur. Civ. Imp. l. 2. c. 5.* §. *5. n. 13. & de Jur. Nob. l. 3. c. 1.* §. *1.* qui majorem partem cum aliis pro firmanda hac sua conclusione præter varias rationes etiam textus ex ipsis Imperii nostri constitutionibus eum in finem adcitare solent, quos melioris notitiæ causa huc referre non abs re esse duximus. Et adducunt non tantum Recessus Imperii eos, in quibus hæc potestas generaliori etiam Nobilibus immediatis non incongruo nomine exprimitur veluti: R. I. de Anno 1548. §. Und als erstlich ibi: an Ihren Hohen Ort und Gerechtigkeiten. R. I. de Anno 1555. §. Wo auch im Heil. Reich. ibi: oder Herrlichkeiten, oder Gebiethen. & R. I. de Anno 1559. §. Und wiewol ibi: Hohe Ober- und Gerechtigkeiten ꝛc. Sed & tales Sanctiones, quæ & ratione juris territorialis nobiles immediatos nominatim inserunt & complecti cum aliis volunt: Quo pertinent Capitulationes Cæsareæ noviores, & tum Leopoldina in *art. 3.* ibi: Dazu denen Ständen, sambt erst-gedachter Reichs-Ritterschafft, Ihre Regalien ꝛc. tum Josephina in *art. 3.* ibi: wie auch andere Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, sambt der ohnmittelbahren Reichs-Ritterschafft, bey Ihren Hoheiten, Geist- und Weltlichen Würden, Rechten, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt ꝛc. verbleiben lassen: & ibid. porro: Und keinen Chur-Fürsten, Fürsten und Stand, die ohnmittelbahre Reichs-Ritterschafft mit begriffen, seine Landsassen Ihme mit oder ohne Mittel unterworffene Unterthanen ꝛc. von Dero Bothmäßigkeit und Jurisdiction &c. &c. Et ad eundem quoque modum *in art. 7.* ubi itidem cæteris Imperii Ordinibus Nobiles Immediati conjunguntur, tùm etiam Carolina novissima *in art. 1.* ubi ad eundem ferè modum:

immedietatis charactere, insequentibus sanctionibus Imperii pragmaticis & rescriptis Cæsareis suffulto quod quidem nonnulli negant. Plerique tamen & multo majori numero adstruunt. *Per* rationes & textus. & non tantum per Recessus Imp. generaliori nomine, etiam nobilibus immediatis non incongruo utentes, sed & tales sanctiones, quæ nominatim & hos, quà hoc ipsum jus exprimunt. Videlicet Capitulationes Cæsareas noviores: Leopoldin. Joseph. & novissimam Carolinam.

Dem-

Demnach die Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, & in Parenthesi (die ohnmittelbahre freye Reichs-Ritterschafft mit begriffen) bey Ihren Hoheiten, Macht und Gewalt ꝛc. & rursus: Wir sollen und wollen auch Chur-Fürsten, Fürsten und Stände, iterum in Parenthesi (die ohnmittelbahre Freye Reichs-Ritterschafft mit eingeschlossen) Ihre Regalien, Obrigkeiten ꝛc. Et hanc sententiam vi horum textuum & imprimis per *art. 3. in Capit. Leop.* ut & per ipsam experientiam, quâ constat Nobiles Imper. immediatos in territoriis suis non minus ac Status jura territorialia exercere egregiè confirmari adnotat B. Dn. Maurit. quondàm heic loci Prof. Jur. Ord. & deinde Assessor Cameræ Imp. *in not. suis ad Capit. Augustiss. Imper. Leop. add. art. 3.* verb. darinn den Ständen, quæ est probatio & à *priori*, & à *posteriori* seu ab effectu petita, cui posteriori probationi quoque hac in re multum tribuunt DD. quod latè quidem patet ex traditis Knipschild. *d. Jur. Nobil. d. l.* aliorumque & brevibus Dn. Hert. *d. l §. 8. in fin.* scribens, morales res non meliùs, quam ex operationibus cognosci posse, inde & ulterius per Capitulationes illas jura quædam superioritatis territorialis eximia Nobilibus immediatis perinde ac cæteris regionum dominis competentia singulatim confirmata esse ostendit, veluti *per art. 22.* Jus confirmandi *p. art. 39.* Jus legatos mittendi & per Instrumentum Pacis ejusque *art. 5. §. 27.* Jus Sacrorum & quænam sint alia plura jura, quibus æque liberè ac alii, qui charactere Status insuper radiant, fruuntur, de quibus vid. Knipschild. *modo all. loco L. 3. c. 2. §. 3. n. 21. sqq.*, pro quibus ulterius constabiliendis inter recentiores supr. §. 2. jam. all. Joh. Laur. Schmidt in Diss. Inaug. Altorf. Anno 1708. *de super. terr. Nob. imp. immed.* habita, uti per tot. ex professo & jura talia iisdem competere adstruit, quæ dissentientes ipsi ad superioritatem territor. referunt *in §. 8.* ita in specie adhuc prioribus textibus superadjicit rescriptum Cæsar. ab Imperator. Augustiss. Leopoldo Anno 1698. Nobilitati immediatæ Suevicæ impertitum, die Handwercks-Zünffte concernens, in quo tantùm non expressè etiam sub nomine superioritatis territ. oder der Lands-Obrigkeit, id juris de quo certabatur iisdem quoque indultum legitur, ibi: Als verordnen Wir, setzen, statuiren, erkennen und befehlen, aus Kayserl. höchstvollkommener Macht, rechtem Wissen, zeitlichem Rath und Gutbefinden, daß ꝛc. der Gewalt Handwercker aufzurichten, aus der Ritterschafft und dero Mitgliedern Immedietät, privativen

Ut & per experientiam, & Authoritates per probationem & à priori & à posteriori id firmare satagentes.

Erb-

Erb-Huldigung der Unterthanen und daraus sich ergebenden Lands-Obrigkeit fundiret werden soll ꝛc. Quibus ita comparatis, vix est, ut hac in parte non adducamur in eam sententiam, parum hîc interesse videri tàm ex una quàm ex altera parte, an superioritas territorialis immediatæ isti nobilitati negetur an concedatur, cum Principibus & Statibus eminentius hoc conditionis axioma sartum tectum ubique servetur, Nobilibus Immediatis vero etiam suum in sensu remissiori relinquatur, & cum ferè per omnes partes jura territorialia libere, etiam jure suo exercere propitiis legibus possint, actuque exerceant teste experientia, in iisque turbari non debeant, tota res ferè in logomachiam quandam hoc quidem tempore abire videtur, cum non tàm *de re ipsa*, quam potius *de voce* disputatio vertatur & in effectu in idem ferme recidat, an sub charactere Superioritatis territor. in sensu illo remissiori, an sub charactere Regalium iisdem id potestatis tribuatur, dum & in sanctionibus modò productis, ubi de Superioritate territor. agitur, aliquando etiam in personis Principum cœterorumque Statuum, eadem voce *Regalium* exprimatur, quamvis de cœtero utique magna differentia sit & maneat inter Superioritatem territor. & inter Regalia, vid. præ aliis B. Dn. Fromm. *de condom. territ. c. 3.* §. 3. ubi plures catervatim adducit. Dn. Schwendendorff. *de acquis. Regal. c. 3. per tot.* & Hert. *de super. territ.* §. *8. in fin.* ubi quod laxior utique si vox Regalium quam jurium super. territor. & licet Jura Superioritatis rectè nuncupentur regalia, non tamen retro regalia cuncta sint jura superior. territor. & *in eod.* §. *8 in pr. pag. 195.* ibi quod *superioritas territorialis* considerari possit tanquam totum potestativum seu universale, Regalia vero tanquam partes, quæ toti illi innexæ sint: & quod aliquando regalia alicui competere possint, cui tamen non competit superioritas territorialis post plur. all. Knipschild *de Jur. Civ. Imp. L. 1. c. 13. n. 124.* ubi quod & aliquando mediati Vasalli salva aliorum statuum in illos manente Superioritatem territoriali exercere ea queant Dn. Wildvog. *de super. territ. Civ. Imp.* §. *20.* Dn. de Lynker *de super. territ pag. 73.* & passim. Prædicti ergo Imp. Status & Immediati bonà talia immediata possidentes, cum superioritatis territor. in se capaces sint; ex modò deductis & infra deducendis sua sponte sequi videtur, eos etiam omni dubio procul per præscriptionem sibi eandem acquirere posse, modò adsint requisita ad ejusmodi præscriptionem necessaria, de quibus infra in loco de forma, *c. 5. junct. prac. c. 2.* Quibus contradi-

Ex quibus colligitur parum interesse, an hoc superioritatis territorialis jus Nobilibus immediatis negetur, an concedatur in sensu isto remissiori, cum actu illud exerceant, ut exinde tota illa disputatio fermè in logomachiam abeat, & in idem ferè hoc modo recidat, ista jura an exerceant sub idea superioritatis territorialis ejusmodi, an regalium. quamvis alias multum inter se differant superioritas territorialis & Regalia.

Hæc quomodo differant?

De mediatis verò *sive* Nobilibus *sive* alterius conditionis Landsassii qui vocantur, contrà statuitur, eas qua tales in & per se superioritatis territorialis capaces non esse; etsi jurisdictionem mixtum & merum Imperium habeant.

Anne verò si in possessionem terrarum immediatarum venerint, præscriptione sibi tale jus acquirere possint?

Et distinguunt nonnulli posse qua territorium concedentis, non quâ Imperium Ipsum; nec vi Juris in re s. ut statum; sed ex conventione & privilegio.

tradistinguuntur *Nobiles* vel cujuscunque conditionis alii *mediati*, Landsassii aut Landsassen, qui vocari solent, qui ratione suarumpersonarum, & ratione bonorum suorum domino territorii ejusque superioritati territoriali sunt subjecti vid. Ming. *de super. territ. concl. 65. & ibid. alleg.* Pauermeist. *de Jurisd. l. 2. c. 8. n. 111. sq.* Vitriar. *Jur. Publ. Inst. l. 1. tit. 22. per tot.* Knipschild. *de Jur. Nob. l. 3. c. 2. §. 34. seqq.* qui quatenus tales sunt, & immediata bona non possident, in & per se superioritatis territorialis capaces non existunt, etsi Jurisdictionem, merum & mixtum imperium habeant, quæ sine superioritate territoriali consistere possunt, & separationem admittunt ab illa, quæ dicitur Lands-Fürstliche oder Hohe Lands-Obrigkeit, Reinking. *de Reg. Sec. & Eccl. L. 1. cl. 5. c. 3. n. 9.* Ming. *d. l. n. 49.* Tales mediati vero quamvis in se & ratione conditionis suæ compotes talis juris territorialis non sint, attamen si forte in possessionem terrarum immediatarum, quibus jus superioritatis territorialis cohæret, venerint, an mediante præscriptione tandem tale jus sibi acquirere possint? discussione non indigna est quæstio, L. B. de Lynker *in Diss. de sup. terr. p. 67.* post Knichen, Rosenthal *c. 8. de Feud. concl. 8.* distinguit, statuminans, mediatum talem possidere & exercere superioritatem posse, quà *territorium concedentis*, non verò quà *imperium ipsum*, adeoque non vi *juris in re*, seu *ut Statum* (nec *jus proprium*, licet *jure proprio*) verum ex conventione & Privilegio: idque confirmare intendit exemplo simili alicujus mediati, vel immediati non Status, qui constatum ejusque jura possidere potest tanquam ein Einhaber der Grafschafft, & imo *Statum* alicubi sustinere in *Circulo*, nec tamen inde superioritatem habet, licet annexa fuerit antea regioni illi dignitas Comitis & *Imperii Status*; Secus in *Comite Statu Imperii*, qui Comitatum suum in Feudum Principi offert, & eundem ab illo recipit, qui superioritate etiam in posterum gaudet, quam antea tenuit, & cujus capax fuerat. Et potest omnino hæc distinctio admitti in superioritate tali, quæ indicium est characteris Status & quando intelligitur in *sensu eminentiori* talis, & ex illa plurium DD. hypothesi, quod qualitas Status, die Reichs-Standschafft sit superioritatis territorialis *conditio sine qua non* Id. Dn. de Lynker *d. l. pag. 16.* cum ex concessione talium terrarum mediato facta ab immediato, concedens quidem sibi, non vero Imperatori aut Imperio cujus est aliquem recipere in numerum Statuum Imp. propriè talium præjudicare possit. Verum cum superioritas territorialis etiam in *immedie-*

medietatis charactere, gradu quidem aliquo inferiori, ad eum, quo paulo abhinc jam indigitavimus, modum se fundet, abstrahendo à receptione in Statuum Imp. ordinem, non nisi ab Imperatore & Imp. faciendà, hactenus non subsistimus, & mediato Imp. civi, in talium bonorum immediatorum possessionem modo legitimo qui venit, eamque rite recteque continuavit, id tribuere, ut perinde ac alii superioritatis illius non incapaces, id juris in possessis istis bonis successu temporis mediante præscriptione sibi acquirere valeat, præsuppositis omninò præsupponendis & observatis observandis, dę quibus uti jam supra ita & inferius suo loco pluribus.

Hanc distinctionem admitti posse, quà superioritatem in charactere statuisse fundunt.

Non ita quà supetioritatem in charactere status se fundantem.

§. II.

Nunc *secundo* loco nobis agendum est de *subjecto passivo*, sive de iis, adversus quos hujusmodi præscriptio locum habere potest. Et sunt 1. *in genere* omnes illi, qui alienandi facultate pollent, cum enim præscriptio species quædam sit alienationis *L. 28. ff. de V. S. L. 20. ff. de Serv. L. 1. §. fin. ff. de aqu. pluv.* recte infertur, quod qui alienare non valent, contra eos quoque regulariter non possit currere aut operari præscriptio. Unde adversus eos qui adhuc in ætate pupillari aut inpuberes existunt, nulla potest durante eâ ætate quoad eorundem res currere præscriptio *L. 48. ff. de A. R. D. L. 2. §. 15. L. 7. §. 1. ff. de Procur. L. 24. ff. d. dol. exc.* adeo ut nec incipere contra illos possit, nec cœpta contra defunctum adversus eosdem continuari Wesenb. *ad tit. de Usurp. & Usuc. n. 14.* Hieronym. Treutl. *P. 2. d. 22. th. 3. lit. g. & ibid.* Bachov. etiamsi præscriptio longi temporis intervenisse dicatur *L. 3. C. Quib. non obj. long. temp. præsc.* vel etiam longissimi planè temporis *L. 3. C. de Præscript. 30. l. 40. ann.* Nec aliud statuendum de iis, qui *minorennes* adhuc sunt, qui pubertatem quidem, sed non majorennitatem complevere, nam nec contra hos præscriptio longi temporis decurrit *per dd. ll.* & quia nec hi sine Curatoribus suis alienare quid possunt. Et quamvis non desint, qui in casu illo, ubi contra defunctum majorem præscriptio inchoata, eam continuari contra minorem, salvo tamen remedio restitutionis in integrum statuant, in quorum numero sunt Treutl. *ad tit. de Usuc. th. 3.* Wesenb. *ibid. n. 14.* Gilken. *de præscr. p. 3. c. 1. n. 63.* Gebhard. *c. 2. §. 2. n. 16.* Brunn. *ad. d. l. 3. C. quib. non obj. long. temp. præscript.* & hanc communem prope esse sententiam testatur Struv. *in S. I. C. ad tit. de Usucap. th. 10.* Mull. *in addit. ibid. lit. k.* Veriorem tamen judicamus sententiam aliorum existimantium, præscriptio-

Subjectum passivum constituunt illi, adversus quos præscriptio locum habet.

uti sunt

1. Illi qui alienare possunt.

Unde adversus eos, qui alienandi facultate non gaudent, præscriptio non currit e. gr. non adversus pupillos.

Nec adversus minorennes.

Adeò ut nec cœpta con-

era defunctum majorem, contra minorem continuetur.

scriptionem illam longi temporis cœptam intra ætatem successoris minorennis adhuc minorem non currere *per modo cit. L. 3.* ubi in genere dicitur, id temporis quod in minore ætate transmissum est non imputari longi temporis præscriptioni: & quia ratio quæ in temporalibus præscriptionibus & usucapionibus, quibus hodie æquiparantur longi temporis præscriptiones *L. un. C. de usuc. transf.* obtinet, in eò maximè se fundans, quod LL. nostræ melius esse judicaverint, jura illorum intacta servare, quàm post vulneratam causam remedium quærere *L. f. C. in quib. caus. rest. in int. non est necess.* & hanc sententiam non tantum propugnat sed & secundum eam in Cam. Imper. aliquoties pronuntiatum esse se meminisse testatur B. Dn. Lauterb. *in Colleg. Theor. Pract. ad Tit. de Usuc.* §. *24.*

Nec adversus furiosos.

Et uti pupillis & minoribus præscriptio non currit, ita nec furiosis, quippe qui non intelligunt quid agunt §. *8. I. de Inut. Stip.* cum mente & animo destituantur, & velle non possint *L. 40. ff. de R. I. L. pen. ff. de Jur. Codic.* nec currit quoque prodigis juridicè talibus, quippe qui pupillis & minoribus & furiosis quoad bonorum suorum dispensationem & alienationem æquiparantur *d. L. 40. ff. d. R. I.* qui propterea quoque contra præscriptionem speciali lege muniti sunt Gilken. *d. l. c. 1.* quo in numero & alii reperiuntur, de quibus vid. Struv. *d. th. 10. & ibid.* Müll. *in add.* Dn. Lauterbach. *d. l.* §. *24. & 25.* ad quos remittimus, cum sufficiat illos exempli loco pro explicando hoc articulo hactenus adduxisse. *2. in specie* & ratione hujus præscriptionis, de qua hîc agimus, omnes illi, qui sunt domini aut ex alio quodam simili jure possessores immediatorum bonorum aut territoriorum juriumque hisce inhærentium territorialium, in alterius possessionem l. quasi â non domino ex justo titulo translatorum, veris territoriorum aut jurium ipsorum dominis acquiescentibus, eaque ibidem excercere patientibus diuturnâ scil. scientiâ & patientiâ, quod vocant, dem widrigen Theil selbst eine Possession & per consequens acquisitionem zueignen post Brunn. *Cons. 167. n. 4.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr.* §. *14.* qui propterea tales sunt, adversus quos cœteris paribus præscriptio superioritatis territorialis decurrere suumque operari potest effectum, sive una cum ipso territorio & mediante hujus à non Domino facta translatione, legitime in possessionem venerit, sive seorsim â castro ad eum modum quasi possessa aut exercita fuerit: de quo mox pluribus.

Nec adversus prodigos juridice tales.

2. Qui sunt domini, aut simili alio jure possessores bonorum immediatorum, juriumque territorialium.

CAPUT

CAPUT IV.

Tractat de Objecto, sive de iis rebus, quæ per hanc Præscriptionem acquiri possunt.

§. I.

Objectum hujus Præscriptionis acquisitivæ constituit omninò superioritas territorialis, prout â nobis est descripta supra *in C. 1. §. 2. §. 5. & seqq.* Acquiri vero hæc mediante præscriptione potest dupliciter, & vel *unâ cum ipso castro aut territorio*, cui cohæret, vel prout *seorsim* spectatur *per se* subsistens, & esse suum habens ad instar aliarum rerum incorporalium aut jurium qualiter se habentium, separatim quoque in alium quæ derivari potest, prædio aut territorio ipso penes dominum manente: uti id demonstratum legitur apud Magnific. Dn. Præsid. *in Tr. de mod. & Jur. taxand. Jurisd. p. 1. §. 8. n. 12. sqq.* Et illo quidem modo, quando consideratur *in Concreto* cum ipso territorio, & ad hoc se habet per modum qualitatis alicujus innexæ, accessorii, aut pertinentiarum, acquiritur mediante possessione, ratione *modi* naturali, & ratione *finis* Civili, territorii eâ qualitate eoque jure instructi, à non domino in alium ex justa causa translati, & hactenus per tempus legibus aut moribus definitum continuò possessi: per quam uti ipsum territorium acquiritur, ita & jurisdictio sive superioritas territorialis illi inhabitans atque inhærens insimul acquiritur. Quemadmodum enim in genere territorio *expressa* domini voluntate quocunque legitimo modo alienato, e. g. vendito, vendita quoque aut translata censentur jura, jurisdictionalia aliaque similia illi connexa aut super indita *arg. L. 20. §. 1. ff. Si serv. vind. L. 23. §. 2. & 3. ff. de S. P. R.* post plures adcitatos Mantic. *d. tac. & amb. conv. l. t. 14. n. 8. & seq. plur.* Finkelthus. *d. Jur. Patr. c. 5. n. 11. seq.* post. Rosenthal. *de Feud. c. 1. concl. 6.* Fichard. *L. 2. cons. 20. n. 7.* B. Dn. Mev. *P. 2. d. 314. n. 2.* ubi quod moribus Germaniæ hæc res dubium non habeat B. Dn. Stryk. *in Us. M. ff. de A. E. V. §. 10. circ. fin.* B. Dn. Lauterbach. *in Coll. Theor. Pract. ad d. t. §. 28.* Quemadmodum etiam *in specie* territorio ab Imperatore concesso Imperii Statibus aliisque Immediatis, eo ipso Jurisdictio simul concessa intelligitur per Cap. Leopold. *art. 3.* ibi: Und zum dritten sollen und wollen wir die Teutsche Nation, das Heil. Römische Reich, die Chur-Fürsten ꝛc. wie auch andere Fürsten, Prälaten, Grafen, Herren und Stände, sambt der unmittelbahren freyen Reichs-Rit-

Præscriptionis hujus objectum est superioritas territorialis; præscriptibilis vel cum ipso territorio, *vel*, seorsim spectata & per se considerata ad instar aliorum jurium.

Et illo modo acquiritur, med. territ. possessione *quâ* modum naturali, *quâ* finem civili.

quo modo una cum territorio acquisito & superioritas tanquam connexa quædam qualitas insimul acquiritur.

Perinde ac in casu territ. expressâ voluntate alienati, territorialia quoque jura

Ritterschafft, bey Ihren Hoheiten ꝛc. ohne unsern Eintrag und Hinderung ꝛc. ohne Weigerung bestättigen ꝛc. laud. Lauterbach. *d. l.* ita etiam meritò statuendum territorio tali cum quo cohærent illa jura territorialia per legitimam præscriptionem acquisito, insimul & jurisdictionem superioritatemque territorialem eodem modo acquisitam censeri, quod moribus nostris extra dubium esse asseverat Lauterb. *d. l. ad tit. de Jurisd.* §. 44. *Altero* vero modo ubi superioritas territorialis quidem etiam ut qualitas quædam castri sive territorii, passivè illi inhærens, attamen tanquam *jus per se subsistens proprio suo jure seorsim* consideratur, & quatenus alteri separatim acquiri potest, territorio manente penes dominum, quam in rem videantur tradita Knichen. *de sublim. & reg. terr. jur. c. 4. n. 11. seqq.* Mantic. *d. l. n. 19.* Matth. Stephan. *de Jurisd. l. 2. P. 1. c. 2. n. 196. seq.* Uti alteri justo titulo modoque concedi & acquiri potest, ad instar servitutis cujusdam prædialis in fundo alieno constitutæ, ita ut confessoria actione utili ex mente vindicari possit post Mynsing. Lauterbach. Magn. Dn. Præses Fautor atque Patronus maximopere colendus *in d. Tr. p. 1. §. 8. n. 13. seq.* ita eandem etiam & in hoc sensu præscriptione acquiri posse, non est quod ambigamus. Uti enim alias in genere extra pugnam est, jurisdictiones esse præscriptibiles, quæ communis est Doctorum sententia, teste Schurf. *Cent. 1. Cons. 86. n. 2.* & ex Mynsing. Harpprecht. Fritsch. Everhardo scribit B. Dn. Frommann. *de Condom. territ. C. 4. §. 14.* ita quoque & ipsam jus superioritatis territorialis ex communi sententia præscribi potest, post Car. v. Hagen, Knich. Stephan. Reinking. laud. modò Dn. Frommann. *d. l.* provocans quoque in specie ad Brunnemann. *Cons. 167. n. 2.* graphicè hanc in rem scribentem, cujus verba suprà jam recensuimus. Constabiliunt quoque hoc ipsum omnes illi & ex anterioribus & ex novioribus scriptoribus, qui superioritatem territorialem præscriptione acquiri posse simpliciter & indistincte docent tum *in genere* Principibus & Statibus Imperii post plur. alios Ming. *d. super. territ. cap. 1. §. 26.* & ab hoc citati Ant. Coler. d. *Jur. Imp. Germ. Sect. 3.* Thom. Michael. *de Jurisd. concl. 62. lit f. & g.* Hert. *d. super. territ. §. 59.* Author. *Medit. ad Instr. Pac. Cæs. Suec. 4. in mant. 1. ad spec. 4. §. 29.* B. Dn. de Lynker. *de super. territ. p. 42. seqq.* Magn. Dn. D. Schweder. *in Jur. Publ. Part. Spec. S. 2. §. 9.* D. Kemmerich. *l. 7. c. 14. §. 5.* tum & *in specie* ratione Comitum Imperii

Bœck-

translata dici debent. Aut in casu territorii ab Imperatore concessi & jurisdictio simul concessa intelligitur.

Altero verò modo ubi quidem etiam ut qualitas territorio passivè inhærens, attamen & tanquam jus per se subsistens consideratur, uti alteri justo titulo modoque expressè ad instar cujusdam servitutis concedi, ita & præscriptione acquiri potest.

Et uti jurisdictiones, sunt præscriptibiles.

Ita & jus superioritatis territorialis præscribi posse dubium non est.

Quæ est communis Doctorum

Bœcklet. *de super. territ. Comitum Imperii c. 3. p. 36. seq.* ratione Civitatum Imperialium Knipschild. *de Jure Civ. Imp. l. 2. c. 5. n. 46. seq. & n. 52.* alios quamplurimos adducens, Dn. Wildvogel. *in Diss. de super. territ. Civ. Imp.* §. *39.* ratione Nobilium Imp. immediatorum Knipschild. *de Jur. Nobil l. 3. c. 1. n. 36. seq.* per plures Authoritates Joh. Laur. Schmidt. *de sup. Territ. Imp. Nob. Immed.* §. *11.* Acquiritur autem per præscriptionem superioritas territorialis *in toto suo complexu* & velut juris quædam universitas aut totum aliquod potestativum, ex partibus suis potentialibus sive juribus eò pertinentibus diversis constans, in concreto cum ipso territorio, cui talis superioritas cohæret, uno quasi actu, præscriptionem utramque qui involvit, præscriptione superioritatis præscriptioni territorii innexâ. Superioritatem hoc modo qui sibi acquisivit, ea ipsâ uti potest liberè & plenè suo jure per partes omnes, ex quibus ea est concreta. Hinc potest omninò à subditis suis homagium exigere, leges, Ordinationes Statuta Provincialia condere, publicare mandata, edicta, rescripta edere, affigere, Privilegia teritorialia confirmare, Conventus & Comitia Provincialia habere, rationes à Civitatibus Universitatibus exigere, Orphanotrophia, Nosocomia &c. instituere, Dicasteria erigere, Archivum habere, Jurisdictionem Civilem & Criminalem exercere, Appellationes recipere, Privilegia singulis concedere, aggratiare, dispensare, relaxare à juramentis, famam restituere, Collegia opificum aliaque confirmare, Jus belli, sequelæ lustrationis, pacis pangendæ fœderum, legationum, fisci & quæ sunt infinita ferè alia jura superioritatis territorialis propria tum eminentia sive majora tum quæ emolumenti esse sive minora dicuntur, exercere, quæ copiosissimè relata extant apud Dn. de Lynker. *in Tr. de super. territ. pag. 25. seq.* & magnam partem penitiùs quoque examinata reperiuntur ap. Hert. *de jur. super. terr.* §. *10 in f.* §. *11. & seq. usque ad 57.* laud. Dn. D. Schweder. *d. l. c. 11.* B. Dn. D, Fromm. *de Condom. territ. c. 6.* §. *7. usque ad fin.* qui videri possunt, quæ omnia hîc repetere & excutere nimis longum foret, in super à scopo nostro nimium quantum abiret. Hoc tamen monendum nobis est, hanc potestatem & superioritatem territorialem, tanquam totum, quod diximus potestativum, non desinere esse tale, etiamsi una fortè vel altera pars desit, per privilegium, per pactum, aut per præscriptionem quasi abscissa, aliique, exemplo juris conducendi per territoria Mogunti aliorumque Landgravio Hassiæ aliisve alibi competentis, quæsita. Tum n. integritati totius quidem aliquid decedit, complexus superio-

sententiæ. Qui id statuunt, tum in genere. Tum in specie.

Acquiritur superioritas territorialis in toto suo complexu, cum ipso territorio uno quasi actu.

Superioritate tali gaudens, quos exercere actus possit.

Superioritas territorialis tanquam totum aliquod potestativum non desinit tale esse, etiamsi una alteravve pars desit.

Integritati quidem tum aliquid decedit, complexus tamen inde non deficit.

Nec interest, territor. an cohæreat amplo, an parvo.

Eadem utrique superioritas innexa est.

Quod confirmatur exemplis.

superioritatis territorialis aliquibus illis potentiis destitutæ propterea tamen nullatenus deficit, sed in reliquis partibus potentialibus perdurat, & universum quid non minùs ac si omnes potentiæ nexu adessent indivulso, repræsentat Schmidt *in d. Diss. d. sup. terr. Nob. Imp. imm.* §. 2. jung. B. Dn. D. Fromm. *d. l. c. 6.* §. 2. Nec interest hæc potestas an passivè inhæreat castro aut territorio *amplo*, an *parvo* & cum hujusmodi territorio transferatur aut alicui acquiratur: post alios laud. From. *d. l. c. 1.* §. *5. in fin.* Dn. de Lynker *de sup. territ. p. 18.* Eandem n. utrique potestatem, eandem superioritatem per totum illum districtum, perque totum illud territorium quantumcunque etiam sit innexam esse statuendum est. Licet n. Regis alicujus ditio unius saltem scopuli terminis finiatur, uti de Regno Ulyssis refert Horatius, vel nidi instar, uti Cicero, æque tamen summa Majestate & Potestate gaudere potest, qua potentissimus Monarcha, si non *extensivè* tamen *intensivè*, Nolden. *de Statu Nobil. c. 10. n. 54.* Neque enim summa potestas vel Regia Majestas divitiis, nec locorum spatio, neque numerosa Provinciarum multitudine definienda est; Sicuti Elephas non magis animal, quam formica Bodin. *de Republ. l. 1. c. 2. p. 15.* Knipschild. *d. Jur. Civ. Imp. l. 1. c. 2. n. 48.* cum majus & minus non varient speciem, nec speciem constituant diversam, forma siquidem dat esse rei, non quantitas, post plur. all. Knipschild. *d. l. n. 45. seq.* ubi etiam hoc illustrat exemplis Imperialium Civitatum, quarum altera major, amplior, ditior, potentior, altera vero minor pauperior viribusque multo inferior, recteque decidit, inter eas nullam esse qua dignitatem differentiam, cum omnes & singulæ immediatæ subjectionis jure ab Imperatore & Imperio saltem dependente gaudeant, alterius porestati nullatenus obnoxiæ, indeque superioritatis prærogativa in suis territoriis s. amplis s. parvis, sive in subditos suos numerosiores, sive pauciores præditæ & exornatæ reperiantur, id quod egregiè confirmant ea quæ ex Ertel. in seinem neu-eröffneten Schau-Platz der Lands-Fürstl: Oberbottmäßigkeit *p. 7. sq.* in scenam producit Magnif. Dn. Præses *in Tr. de Mod. & Iur. tax. Jurisd. p. 1.* §. *8. n. 2.* hisverbis: Es ist absonderlich zu mercken, daß man offtmahls von dem kleinsten Ländlein sagen könne, daß es ein territorium (mithin auch in hoc superioritatem territorialem in complexu suo aut in universum) habe: Sintemahlen eine Stadt oder Reich nicht eben in breiten Gründen oder Böden, noch auch in Persohnen oder Mauren, sondern in Hauffen alle Bürger, die einerley höchsten

Gewalt

Gewalt unterworffen, bestehe: Gleich wie ein Ameis nicht weniger ein Thür als ein Elephant, genennet werden mag, und mehr oder weniger die Arten der Sachen nicht ändert; also ist Ragusa eine der kleinsten Städte in Europa, und meritirt nichts desto weniger den Nahmen einer Republic, sowohl als eine Türckische oder Tartarische: so findet sich auch in Welschland die Respublica Lucensis und noch mehr andere, welche ob sie wol ihre Bottmäßigkeit auf gar geringen Berzirck erstrecken, nichts desto weniger so wol als die Republic von Holland, Schweitz, und Genua oder Venedig ihren Particular-Staat, Satzungen und eingeschränckten Dominat geniessen; Ebenmäßig wird so wol Ulysses, dessen Reich in einer kleinen Insul bestanden, von Homero ein König als Agamemnon genennet. Plura Exempla & similia Regum & Regulorum quà potestatem in suos subditos æqualem ad invicem pro paribus judicatorum repetere licet ex Knipschild. *d. l. n. 47.*

§. II.

Hactenus de *primo* illo modo, quo super. territ. cum ipso territorio præscribitur & per possessionem hujus actu simultaneo acquiritur. Nunc de *altero* modo, quo super. territ. *per sè & separatim* spectata etiam præscribi dicitur. Hoc evenit omninò, quando quis jura territorialia in territorio alterius, domino patiente libere exercet, quod quidem actu tali *simultaneo* aut identifico quo in priori casu, ratione Jurisdictionis istius, quæ universi quid indigitat & quatenus ex tam multis partibus potentialibus composita est, non fit potiùs per partes fit successivè & ita ad effectum eum deduci potest. Veluti si quis in alterius territorio hactenus usus fuerit non nisi certis aliquibus juribus, e. g. Statuta & ordinationes publicandi, Edicta aut Mandata affigendi, Jurisdictionem s. Civilem s. Criminalem exercendi, hic sane nondum potest dici superioritatem in toto suo complexu, sed saltem has ipsas super. partes quas hactenus exercuit, sibi acquisivisse. Hic non merito hæc regula juris applicari poterit, ut tantum censeatur usucaptum aut præscriptum, quantum possessum *L. 30. §. 2. ff. de A. vel. A. P. l. 1. §. 5. ff. de Itin. act. priv.* B. Dn. Lauterb. *in Coll. Theor. Pract. ad tit. d. Usuc. §. 8. & 19.* quæ regula & de *vera* & de *quasi* possessione suum tuetur officium, ita ut locum quoque habeat in præscriptionibus jurium & servitutum prædiis inhærentium. Berlich. *in concl. pract. l. 2. concl. 49. n. 23. sq.* in specie quoque in jure superioritatis territorialis ejusque partibus, & regalibus majoribus etiam,

Acquiritur etiam præscriptione superioritas separatim spectata.

Actu quidem, non ad illum modum simultaneo, sed potiùs successivo per partes, quarum unâ præscriptâ totum nondum præscriptum dici potest.

Regula quâ traditur, tantum censeri præscriptum, quantum possessum,

valet & de verâ, & de quasi possessione etiam quà jus superioritatis territorialis, in quo ex præscriptione unius partis non licet inferre ad aliam. Limit. nisi sint ejusdem generis. Si a. quis pluribus omninò partibus promiscuè usus fuerit, animo totum illud potestativum sibi appropriandi, tum & in universum eam sibi acquisivisse dici potest. ad eum ferè modum, quo corpora disjuncta, aut per aggregationem talia acquiri possunt uno saltem subjecto apprehenso: vel ad rationem corpo-

etiam, in quorum jurium præscriptione nullatenus quoque extensio aut illatio ab uno ad aliud fieri aut statui debet, quod qui unam vel plures eorundem species præscripsit, etiam alias species præscripsisse dici queat, post alios laud. Hert. *de sup. territ.* §. *62.* quod non admittit natura partium inter se disjunctarum, uni nomini collectivo tamen subjectarum, & in uno quasi corpore collectarum, quæ quatenus possidentur usucapiuntur Lauterb. *d.* §. *19. in fin.* quod recte limitatur, nisi ejusdem generis sint, puta auri, argenti, ferri fodinæ, quæ omnes sub genere metalli continentur Hert. *d. l.* §. *62.* Quod si autem quis non tantum certis istis aut quibusdam saltem juribus territorialibus simpliciter, sed & toties quoties occasio tulerit & his, & illis, & istis aut aliis quibuscunque promiscuè usus fuerit, & quidem animo totum illud potestativum hoc modo sibi quasi appropriandi, tum licet partes omnes nondum apprehenderit aut exercuerit, superioritatem territorialem tamen in universum quoque sibi acquisivisse non sine ratione propugnare licebit, non dispari planè modo, quo vel in corporibus, quæ vocantur *disjuncta*, disjunctis suis quæ constant partibus, & alias etiam entia per aggregationem dici solent, veluti in legione, in grege, ubi etiam, quando toto grege præsente, unum caput apprehenditur, animo possessionem omnium consequendi, totius gregis possessionem acquisivisse creditur, vel si ad rationem corporum *connexorum* veluti fundi, ædificii rem hanc adaptare velimus aut æquiparare, in hisce quemadmodum qui fundum possidere cupit, eum in finem opus non habet omnes aut singulas circumambulare glebas, ut totum illum fundum sibi apprehendisse dici queat, sed sufficit solam, quam libet ejus partem, introire, modo id ea mente eaque cogitatione fiat ut totum possidere velit *l. 1.* §. *3. ff. d. A. vel. A.P.* cum qui aurem alicujus tangit, totum eum tetigisse videatur *L. 21. pr. ff. de furt.* Lauterbach. *de acq. vel. am. poss.* §. *13.* ita & in hac superioritatis territorialis, tanquam totius alicujus potestativi, præscriptione contingere videtur, ut ex partibus istis potentialibus, ex quibus ea composita extat, si potiores forte aut plures quasi apprehenderit, eo animo ut totam exinde sibi possidere velit, per illas & hanc sibi quæsivisse non incongruè dicatur. Quamvis autem hoc modo quæsita aut præscripta territorialia Jura in territorio alieno, superioritatis territorialis nomine dignari nolint scriptores, sed regalia saltem eo modo quæsita esse statuant B. Dn. Fromm. *d. condom. territ. c. 1.* §. *7.* Dn. de Lynker *de super.*

super. territ. pag. 40. Hert. *d. l.* §. *62.* idque in sensu *stricto*, & re *in se* aut *formaliter* considerata facile concedi queat, quin tamen regalibus istis, præsertim majoribus in territorio alieno ita præscriptis *in effectu* superioritas territorialis, ad instar servitutis in alterius fundo constitutæ aut acquisitæ, præscripta intelligi queat, vix est ut dubitemus arg. Rec. Imp. Aug. *de Anno 1548.* §. wann auch *65.* §. wo aber *64.* Instr. Pac. Osnab. *Art. 8.* §. *4. art. 9.* §. *2. art. 15.* §. *2.* Capit. Leop. *art. 3.* & Carol. *art. 1.* qui textus indistinctè præscriptionem superioritatis territorialis tanquam legitimum eam acquirendi modum agnoscunt: ad minimum dubitari non potest, quod tales, qui hæc jura in territorio alterius sibi quæsivisse præscriptione dicuntur, jura superioritatis territorialis, actualiter exerceant ad instar dominorum ipsius territorii & nomine quasi aut jure horundem, quippe apud quos ipsa hæc superioritas quasi *in actu primo atque signato* & velut in quiete saltem manet, *actu secundo & exercito* vero ille gaudeat qui ita sibi vel expressè concessam, vel tacitè relictam habet, domino territorii id ita indulgente, annuente aut patiente. Quod evidentius adhucdum apparet, si beneficio *subinfeudationis* alicujus, ubi de bonis immediatis *feudalibus* sermo est, vel *infeudationis* & investituræ primæ ubi de bonis immediatis *allodialibus* agitur, superioritatem territor. sibi concessam, vel ut concessam quasi possidet, istaque jura identidem in isto territorio ad alium pertinente liberè exercet, prout talem infeudationem aut subinfeudationem superioritatis territorialis fieri posse & quomodo tradit B. Dn. de Lynker *d. super. territ. p. 41. & ibid. in addit.* Dn. Hert. *d. super. territ.* §. *58.* laudat. Fromm. *d. l. c. 4.* §. *7. & ibid. alleg.* in hisce enim casibus Vasallus s. primus, s. subalternus superioritatem territorialem, ut talem, aut formaliter sic dictam sibi concessam habet etiam in territorio alterius, in ordine nimirum vel ad dominum directum aut primum concedentem & Authorem feudi, cujus istud territorium est proprium, jure quidem dominii directi, vel etiam in ordine ad dominum utilem s. Vasallum subinfeudantem aut secundo loco alii subvasallo feudum iterum nexu quodam feudi subalterni concedentem, cujus etiam est territorium suo modo proprium, jure sc. dominii utilis, quod directo dominio in ordine ad subvasallum quodammodo æquipollet, uti hoc *ex 2. Feud. 55.* §. *insuper. 2.* recte demonstrant Frantzk. *de laudem. c. 14. n. 43.* Struv. *in S. J. F. exc. 12. th. 9. n. 3.* Magnific. Dn. Præses *in Tract. de red. Domin. leg.* §. *41. n. 12. sqq.* Quod ipsum uti juris est in expressa infeudantis vel subinfeudantis voluntate,

rum connexorum, ubi sufficit etiam, unicam saltem partem apprehendisse, animo totum ita possidendi & acquirendi. Quamvis verò ita in territorio alieno præscripta jura territorialia superioritatis nomine dignari nonnulli nolint, sed regalia præscripta dicant, quod in sensu formali concedi potest, in effectu tamen & superiorit. territ. acquisita dici potest, ad instar servitutis in alieno quæsitæ. Ad minimum qui jura ista sibi ita quæsita prætendit, ea exercet actualiter jure dominorum istius territorii, apud quos quasi in actu

primo manet, in actu secundo tamen ad præscribentem pertinet:

ita quoque usu venit in ejusdem tacita, quæ subesse intelligitur in feudi vel subfeudi præscriptione Struv. *d. l. c. 15. §. 3. n. 5. seqq.* & communiter Feudistæ.

Caput V.

De Forma hujus præscriptionis, aut quomodo perficiatur aut absolvatur, agit.

§. I.

Forma consistit *in* possessionis veræ, *vel* quasi continuatione, per tempus definitum.

Forma hujus præscriptionis superioritatis territorialis acquisitivæ consistit in possessionis vel *veræ* vel *quasi* continuatione per tempus lege aut moribus definitum. Quodnam vero tempus vel legibus vel moribus ad absolvendam hanc præscriptionem sufficiens haberi debeat, id cum supra *in Cap. 1. §. 8.* jam expediverimus, eò remittimus. Hæc possessionis vel quasi continuatio tam de Jure Gentium, quam de Jure Civili requiritur *L. 3. 31. ff. §. 1. de Usurp. & Usucap. L. 2. C. de Præscript. long. temp. L. 3. d. R. I. id 6to.* Mev. *P. 2. d. 102. n. 1.* Lauterbach. *ad d. tit. §. 26.* Continua autem possessio est, quæ ab initio usque ad finem processit sine interruptione vel usurpatione, eaque vel *naturali*, quæ per actualis & veræ possessionis interruptionem variis modis fieri potest vid. Lauterbach. *d. l. §. 33.* vel *Civili*, quæ fit per actum Civilem, nempe per litem possessori de re præscribenda motam *L. 26. C. de R. V. L. 10. C. d. A. & R. P. l. 2. l. 20. C. de Præscr. long. temp.* Quod quomodo fiat patet ex scriptis B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 34.* Nec interest sive continuatio hæc fiat *in una eademque persona*, quo casu quidem res est extra dubium & planè manifesta Struv. *in S. J. C. ad tit. de Usuc. th. 18. in pr.* an *in personis diversis*, quando res ab uno ad alium legitime est translata aut devoluta, quo in casu justa antecessoris possessio vel quasi prodest etiam successori *§. 7. & 8. J. de Usuc. L. 14. ff. eod. L. 13. ff. de A. vel A. P. L. 2. §. pen. ff. pro Emt. L. 14. ff. de div. & temp. præscript.* idque benigne & solo æquitatis intuitu ita receptum est, cum veritate inspecta, per rei translationem possessio vel quasi interrumpatur, & ita non *numero*, sed tantum *specie* sint eædem possessiones *L. 23. pr. ff. de A. vel A. P.* B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 26.* Struv. *d. l.* modo tamen 1. possessor etiam apprehenderit possessionem vel quasi, per id quod generaliter disponitur in *L. 13. §. pen. ff. de A. vel A. P.* utique de regula: Exceptio enim est in casu jacentis hereditatis, tum enim & possessio vel quasi continuata videtur, & usucapio

Hæc requiritur jure & Gentium & Civili.

Continua possessio est, quæ non interrupta, *nec* naturali, *nec* civili usurpatione.

Continuatio est non tantum in una persona, sed & in diversis personis, unde & in successore.

Modo 1. & hic possessionem apprehenderit.

§. præ-

ſ. præſcriptio pro impleta quoque habetur, quod ſingulare eſt per *l. 31. §. fin. L. 40. L. 44. §. 3. d. Uſuc.* Utique quando interimedio tempore ab alio non fuerit occupata & ſic interrupta *L. 20. ff. eod. junct. L. 13. §. 4. ff. de A. vel A. P. L. 6. §. fin. ff. pro Emt.* & 2. poſſeſſio talis vel quaſi non ſit vitioſa, cujus quippe nulla poteſt eſſe acceſſio, quæ dicitur *L. 13. § f. ff. de A. vel A. P.* Vitioſa autem eſt qua quis vi, clam aut precariò poſſidet B. Dn. Lauterb. *d. l. §. 26. circa fin.* Hæc poſſeſſionis acceſſio autem fit non tantum in ſucceſſore *Univerſali*, veluti herede, ſed & in ſucceſſore *ſingulari* veluti emtore, quamvis diverſimodè, quod fuſius hîc exponere nimis longum foret, id eoque remittimus ad laudat. Dn. Lauterb. *d. l. §. 27.* Struv. *d. l. th. 18. & ibid.* Müller. *in addit.* B. Dn. D. Mayer. *in Comment. ad Inſt. p. 441.* Cum autem hæc poſſeſſionis vel quaſi continuatio ſ. in eadem perſona ſ. in ſucceſſoribus procedere debeat ſine interruptione à principio usque ad finem aut ad temporis præfiniti complementum, id prætermittere hîc non debemus, illud tempus quomodo computari in hac præſcriptione debeat, an *naturaliter*, quando tempus currit de hora in horam & de momento in momentum per *L. 3. §. 3. ff. de minor.* Govian. *1. Variar. lect. 10. n. 4.* computatis quoque diebus feriatis *L. 26. §. 4. & ſqq. ff. quib. ex cauſ. maj.* an *Civiliter* de die in diem *L. 7. ff. d. Uſuc.* ubi dies cœptus habetur pro completo. Et expediti quidem juris eſſe cenſemus, uti in nonnullis aliis jurium materiis, veluti in definiendo anniculo *L. 134. ff. de V. S.* in ætate ad teſtamenta facienda habili *L. 8. ff. qui teſt. fac. poſſ.* ita & in uſucapionibus aut præſcriptionibus diem cœptum habendum eſſe pro completo *L. 6. ff. de Uſucap. l. pen. ff. de div. & temp. præſcript.* Struv. *d. l. th. 17.* & Müller. *in addit. ibid.* B. Dn. Lauterbach. *d. l. §. 30.* & Majer. *d. l. p. 443.* Quæ omnia uti in genere in omni Uſucapione & præſcriptione obſervanda veniunt, ita & in ſpecie in præſcriptione ſuperioritatis territor. tam in eâ, quâ cum ipſo territorio eo inſimul continuata poſſeſſione acquiritur, quam & in eâ, quæ ſeparatim & per partes ſucceſſivè in territorio alieno acquiritur, ea jura, ex quibus ſuperioritas territorialis concreta eſt atque compoſita, unum poſt aliud liberè exercendo, cum & in hac qui intercedit uſus diſcontinuus, quando non ſemper occaſio præſto eſt, e. g. Edicta affigendi, Statuta promulgandi, Jurisdictionem tam Criminalem quam Civilem exercendi &c. benè compatibilis ſit cum quaſi poſſeſſione continua, & etiam continuatione temporum in diverſis

Exceptio *in caſu* jacentis hereditatis.

Modo interim ab alio non occupata.

2. Poſſeſſio non ſit vitioſa.

Et procedit hoc non tantum *in* ſucceſſione univerſali, *ſed &* ſingulari.

Tempus illud hîc computatur non naturaliter, ſed civiliter.

Veluti in aliis nonnullis materiis.

Ubi dies cœptus habetur pro completo.

Quæ etiam locum inveniunt in præſcriptione ſuperioritatis territorialis, tàm illius quæ in concreto & ſimul, quam quæ ſeparatim & per partes ſuc-

cessivè acquiritur.

Ad instar servitutum discontinuarum.

Cujusmodi servitutes de Juris veritate 10. vel 20. annis, atque ac continuæ præscribuntur.

Secus ex communi Doctorum opinione, & praxi etiam in Camera Imp.

Quibus affinia sunt jura territorialia in alieno territorio exercita, quæ servitutes Juris publici dicuntur, & præscribi immemoriali tempore, juxta commun.

versis personis antecessorum & successorum, ad eum quo diximus modum combinatâ, non aliter ac juris esse cernimus in servitutibus discontinuis, quæ causam dicuntur habere perpetuam, usu discontinuo licet sint interdistinctæ *L. 28. ff. de S. P. U.* Inspicitur n. hîc facultas utendi, quæ semper præsto est, & continuatâ quasi possessione stabilitur, quamvis ea non semper vim suam exerat, & operetur in actu exercito Dn. Majer. *in Comment. ad Inst. tit. de serv. §. 3. in fin. p. 406.* cujus generis servitutes quidem, id quod suprà jam tradidimus, de *Juris veritate* non alio temporis intervallo, 10. sc. vel 20. annorum spatio præscribuntur, quam quo illæ, quæ sunt continuæ, quod oppidò probatur per text. *in L. f. C. de Præscript. long. temp.* generaliter disponentem nulla adhibita distinctione inter continuas & discontinuas, ut ut ex communi Doctorum sententia invaluit, ut discontinuæ propter interstinctum eum usum non nisi immemoriali tempore præscribantur, quam & tritura fori sibi recepit, & Camera Imperii sequitur testibus Mynsing. *Cent. 4. v. 53.* & ibid. von Gulich. cum plur. adcitatis. Gail. *2. obs. 66.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de Servit. §. 13.* Quibus cum admodum affinia sunt jura superioritatis territorialis aut Regalia in alieno territorio, quæ exercentur, quæ & servitutes Juris publici Doctoribus vocitantur, vid. Dn. Kemmerich in *Jur. Publ. l. 7. c. 10. per tot.* inde quoque hoc intuitu non nisi immemoriali tempore præscribi dicuntur Dn. Hert. *de super. territ. §. 61. & 62.* prout quoque communis habet opinio in Judiciis nostris passim etiam summis recepta, id quod testatur & statuminat Hert. *d. l. §. 62.*

CAPUT VI.

Tractat de Effectu hujus præscriptionis, superioritatis territorialis acquisitivæ.

§. I.

Quoad effectum distinguitur inter præscriptionem hujus juris cum ipso territorio, & eam, quæ fit seorsim ad

PErgimus nunc *ad Effectum*, qui mediante hâc præscriptione producitur, qui varius omninò est, pro varietate casuum & circumstantiarum. Et primo omnium quod ex præmissis jam satis superque constat, distinguendum est inter præscriptionem eam, qua superioritas territorialis acquiritur in concreto cum ipso territorio, & mediante territorii ipsius præscriptione; & inter eam, quâ *seorsim* superioritas territorialis, ad instar prædialis alicujus servitutis in alieno fundo, alicui in territorio alieno acquiritur, territorio ipso manente

nente apud dominum: Utroque in casu alius est effectus *primus*, alius est ex *primo ortus*. *Ille* cernitur in jure per hunc acquirendi modum legitimè quæsito, v. gr. dominio, servitute tali, quæ dicitur esse juris publici &c. *Hic* vero est, qui respicit remedia juris, quibus nobis quæsitum defendimus atque vindicamus. Hæc talia Jura itaque in effectibus suis in utroque illo præscriptionis genere consideranda nobis veniunt, vel in statu suo *tranquillo*, vel in statu *turbato*. Ratione status *tranquilli* quoad *primum* illum casum præscriptæ insimul superioritatis territorialis cum territorio ipso præscripto, res est expedita, quod hæc præscriptio præscribenti tribuat & adjiciat dominium & quidem *verum & plenum*, si territorium illud allodiale fuit, *L. 1. pr. ff. de usurp. & usuc.* Si verò feudale fuerit, & saltem ut tale possideatur, ejusmodi possessio legitimè continuata & inde formata & absoluta præscriptio tribuat dominium *minus plenum* & *utile*, directo dominio manente penes eum, qui hactenus dominus fuit, *2. F. 8. c. un.* §. Rei autem Lud. Hug. *de Stat. Reg. Germ. c. 6. §. 6.* cujus dominii naturalis vis & qualitas quasi innata est facultas territorium illud libere utique si dominio gaudet pleno & libero alienandi libera, & vel proprietate tenus in alium transferendi, vel servitutem in eo constituendi, vel Hypothecæ nexu obligandi, vel heredem in eo instituendi, vel aliter desuper pro lubitu disponendi *L. fin. C. de reb. al. non alien.* & quænam aliæ sint dominii virtutes vid. plur. B. Dn. D. Fromm. *de Dom. acquis. c. 8. sqq.* quæ facultates quoque competunt domino utili atque Vasallo, quamvis modo quodam restrictiori, cum regulariter citra consensum domini directi rem ipsam alienare non valeat *2. F. 52. & 55.* nec aliud quid ratione feudi in domini directi præjudicium per agere, nisi observatis observandis, de quibus omnibus consuli inprimis potest Struv. *in S. I. F. c. 13. per tot.* Quod vero attinet ad *secundum* illum casum superioritatis territorialis seorsim à territorio præscriptæ, & ad instar cujusdam quasi servitutis in territorio alieno in & per se penes dominum manente, legitimè quæsitæ, is quidem qui ita præscripsit, nullum quidem consequitur dominium, liberè tamen & imperturbatè territorialia ista jura ad instar domini exercere potest, & quæ inde promanare & sperari unquam possunt commoditates ac utilitates omnes sibi capere ipse, *arg. L. 5. C. de mod. mulct. L. 9. §. 1. & §§. sqq. ff. de Usufruct.* vel etiam in alium transferre potest *arg. L. 25. ff. de V. S. §. 1. I. de Us. & hab.* & in hac sua quasi possessione & jure inde quæsito manu-

instar servitutis in territorio alieno.

Utroque in casu effectus primus est in acquisitione dominii, servitutis talis &c.

Ex primo ortus sunt remedia juris.

Et considerantur hæc jura in statu vel tranquillo, vel turbato.

In casu primo præscribenti tribuitur dominium, sive verum & plenum. sive minus plenum directum & utile, & liberum quoque.

Unde facultas alienandi servitutem constituendi, &c. cujusmodi facultas etiam domino utili competit, modo quidem restrictiori.

In casu secundo verò juris quid sit ratione su-

perioritatis seorsim quæsitæ, manuteneri ac defendi debet, perinde ac dominus in suo dominio, adversus quemvis turbantem & infestantem.

§. II.

Hactenus de statu tranquillo. Nunc de statu turbato, ubi de remediis juris paratis adversus turbatores. & an actiones juris privari hujusmodi materiis juris publici sint applicabiles? id quod contra hæsitantes, & diversorum statuum diversa jura inter se confundentes adstruitur, certaque fundamenta huic sententiæ substernuntur.

Hæc hactenus de Præscriptionis hujus *effectu primo*, qui se exserit in statu *tranquillo*, in statu v. qui sæpius hinc inde contingit *turbato*, prospicere debemus de remediis juris, quibus superioritatem territorialem duobus istis præscriptionum modis quæsitam, contra adversarios quoscunque sartam tectam conservare defendere atque vindicare possumus. Hîc quidem videmus hæsitare non rarò, qui Juris publici DD. vocari præ aliis gestiunt, an actiones jure privato proditæ hujusmodi Juris publici materiis, iisque qui hujusmodi juribus gaudent atque præpollent satis commodè applicari possint vid. *Hert. d. Sup. territ.* §. *76.* laborantes ut plurimum hoc non levi nævo quod simpliciter & indistinctè reputare velint, quasi quibus armorum usus juraque bellorum concessa intelliguntur, legum Civilium actionumque judicialium subsidium eos dedecere vel maximè, ridentes exinde qui ad tales provocant, jura regnorum absolutorum cum juribus Imperii nostri R. G. mirum quantum confundentes; quibus tamen satisfieri potest ex optimè traditis insignis & experientissimi Juris publici scriptoris Lud. Hugonis *de stat. Reg. Germ. c. 6.* §. *& 1. sqq. plur.* & in specie quoque ratione Jurisdictionis & superioritatis territorialis vindicandæ & defendendæ easdem actiones competere quæ privatis pro jurium similium tutela & conservatione suppetunt, commonstrat *Id. d. l.* §. *36.* ubi plus satis manifestum esse scribit, quantus juris Civilis privati in controversiis, quæ de jure territorii judicio disceptantur, utut materia Jurispublici sit, usus & authoritas sit, & quo fundamento Juris Consulti qui se Jus publicum tractare profitentur, subinde Leges Romani Juris, etiam privati, in hac materia in subsidium vocent: quem passu non infelici sequitur quoque B. Dn. Fromman. *in diss. de Condomi. territ. C. 9.* §. *1.* scribens, territorialia ea Jura, quamvis materia Juris publici sit, ex Imper. Rom. Germ. Sanctionibus, & usu maximè, qui ei cynosuram præprimis suggerit, eruenda, ex Juris Civilis privati, quod in subsidium vocandum, latifundiis nihilominus examinanda quoque sunt, & quæstiones ex iis decidendæ: idque confirmat præjudicio Inclytæ Facultatis Jurid. in hac Eberhardina in casu Condominii territorii, quo unus ex Ganerbiis castri cujusdam partem suam contra conventionem Principi alicui in feudum offerre tentaverat, ad

& præjudicio Facult. Jurid. Tubingensis, ut & authoritatibus

ad Legum nostrarum normam respondentis ap. Besold. *p. 2. cons. 49. n. 3.* quod & modò Dn. Hert. *d. l.* §. *76. & 77.* proponendo, quæ præsto sunt in hac materia actiones ipse indulget, idque ulterius oppidò constabiliunt innumeræ ferè relationes, decisiones & præjudicia ap. Meichsnerum, Gylmannum, Klokium aliosque, quæ provenerunt in causis Principum & Statuum etiam integras ditiones concernentibus vid. Hert. *d. l.* §. *74.* Suppetunt vero etiam hac in materia varia jurium nostrorum remedia pro varietate casuum. Præscriptione etenim superioritatis territorialis absolutâ, lis deinde movetur vel *de proprietate aut jure ipso*, vel *de possessione aut quasi*, proindeque actiones competunt vel *petitoriæ* vel *possessoriæ*. Quod ad *illas* seu petitorias attinet, illarum alia est in casu superioritatis cum ipso præscripto territorio in simul præscriptæ, nunc vero denuò in controversiam vocatæ, quæ est, quæ exinde oritur actio realis illa, quæ in specie rei Vindicatio audit, & quidem *directa* ipsis legum verbis expressis proposita, resultans alias ex dominio rerum corporalium vero, *L. 9. L. 23. pr. ff. de R. V.* §. *1. I. d. act.* eoque sive pleno; sive minus pleno, directo scil. *L. 33. ff. eod.* s. irrevocabili s. saltem revocabili *L. 66. ff. eod.* s. libero s. restricto *L. 24. ff. rer. am.* quæ utique & in hoc rerum articulo, ubi agitur de superioritate territoriali in concreto cum ipso territorio immediato quoad dominium *plenum* si allodiale est, aut si feudale est quoad dominium etiam *minus plenum directum*, quocunque licito modo acquisito, præscripta. Tum enim talis dominus à possessore ejusmodi territorium sibi vindicans, insimul & superioritatem in eo radicatam, tanquam rei principalis accessorium eo ipso insimul consequitur Besold. *d. super. terr.* §. *28.* Lud. Hug. *d. l.* §. *30.* ubi quod cum ipsis territoriis s. integris s. pro parte & superioritas, jurisdictio, subditi & omnia quæ eo pertinent hac & alterius generis actionibus repetantur *L. 67. ff. d. R. V.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. C. 9.* §. *29.* Et quamvis superioritas territorialis sit res quædam incorporalis, qualis propriè loquendo nullum est dominium, proinde nec rei vindicatio, attamen hoc saltem rectè dicitur, ubi res incorporalis tanquam principale objectum actionis, non quando ut rei corporalis ad hærens aut accessorium consideratur; ita enim evenit, quod alias non raro fieri solet, ut objecti intuitu aut alias ob causas res incorporales corporalium naturam induant Hert. *d. l.* §. *76.* Aliàs & actionem personalem hîc competere DD. statuunt, & quidem *Conditionem* ex Lege, quoties

convalidantur, provocando quoque ad relationes decisiones & præjudicia Cameræ Imperialis.

Suppetunt autem actiones vel petitoriæ, vel possessoriæ.

Inter petitorias in casu superioritatis præscriptæ cum territorio competit præcipuæ Rei vindicatio, & directa resultans ex dominio vero pleno, minùs pleno; sed directo, & revocabili, & irrevocabili, etiam ratione hujus materiæ, ubi territorium sibi vindicans, & superioritatem territorialem tanquam accessorium sibi vindicat.

Dubium ex ratione rei

jus incorporalis

movetur atque refellitur.

Alii concedunt, & conditionem ex lege & ex moribus.

Si verò superioritas territorialis cum ipso dominio utili præscripta est, competit rei vindicatio utilis ex mente.

In casu verò ubi superioritas territorialis seorsim tanquam servitus quædam juris publici præscripta est, competit actio confessoria utilis ex mente.

Cui opponitur utilis negatoria.

Ad possessorias pertinent interdictum retinendæ possessionis utile.

Ad dubia Boceri hac in re respondetur.

jus tale privilegio concessum asseritur, *Conditionem vero ex moribus*, quando vel præscriptione vel investiturâ quæsitum est Besold. *d. l.* §. *28*. Quod si vero superioritas territorialis una cum dominio saltem *utili* territorii istius immediati, feudi jure præscripta est, expediti jam juris est, *rei vindicationem utilem ex mente* ei qui præscripsit ad eundem modum competere, *arg. 2. F. 8. pr. vs. Rei autem* Besold. *d. l.* Hug. *d. l.* §. *30*. Hert. *d. l.* §. *76*. In casu v. alio, ubi superioritas territorialis in se & seorsim, abstrahendo à præscriptione ipsius territorii mediante præscriptione jam in alterius territorio tanquam species quædam servitutis juris publici quæsita est, suppetit omninò actio confessoria utilis ex mente *arg l. 9.* §. *2. ff. de damn. inf. L. 6. ff. arb. furt. Cæsar.* quæ communis est DD. sententia Besold. *d. l.* Hugo. *d. l.* §. *31*. Pauermeist. *de Jurisd. L. 1. c. 29. n. 9.* Stephani *de Jurisd. L. 1. c. 40.* Schurpf. *Cent. 1. c. 49.* Oldendorp. *cl. 3. art. 4. n. 3.* B. Dn. Fromm. *de Condom. terr. c. 9.* §. *31. in fin.* B. Dn. Lauterb. *ad tit. de Jurisd.* §. *49.* Schüz. *in comp. ibid.* Cui opponitur *utilis negatoria* pro libertate territorii contra injustos talium jurium territorialium usurpatores asserenda atque defendenda Hugo, Lauterb. Fromm. *dd. ll.* Besold. Brunnem. *cons. 57. n. 14.* Hert. *d.* §. *76.* utut subdubitans, quamvis cum aliis nonnullis JCtis Cothmann. *1. Resp. 30. n. 17.* haud satis tutum arbitretur ejusmodi actiones instituere; Ad quod dubium tamen eximendum, satis erit provocare ad relationes & decisiones Camerales, quæ demonstrant in Tribunalibus Imp. summis, præsertim Camerali in judicio hanc sententiam actiones has suggerentem absque omni hæsitatione receptam esse teste Ruland. *d. Commiss. P. 3. L. 3. c. 18. n. 9.* Hugon. *d.* §. *31.* Præter illas actiones *petitoriæ* præsto sunt & actiones *possessoriæ* quando non de ipso superioritatis territorialis juræ, sed saltem de ejus quasi possessione agitur, quarum quæ huc inprimis pertinent præcipuæ sunt tum *Interdictum retinendæ possessionis utile*, quando quis in illius quasi possessione aut exercitio ab aliquo turbatur *arg. L. 8.* §. *5. ff. si. serv. vind. & c. 9. x. de probat.* Et quamvis id operosè neget Bocer. *cl. 4. d. 5. 12. 52. lit. a.* Rationes tamen ejus ad id, quod hodie hac in re obtinet, evertendum parum proficiunt, unde & in contrarium communior Dd. conclusio, ut & Praxis ferè quotidiana, quod & ipse fateri debuit, militat, rectè id commonstrantibus Carpz. *P. 2. c. 7.* §. *11. & 12.* Goswin. ab Esbach. *ibid.* pluribusque ab hoc adcitatis, inprimis & Brunnem. ad *L. 1. ff. de Int. uti poss. n. 2.* in genere attestante, pluries utile

hoc

hoc interdictum de juribus pluries in foris nostris audiri, quam directum de corporibus B. Dn. Lauterbach. *d. l.* §. *49.* & ibid. Schutz. *in Compend.* Hert. *d. super. territ.* §. *77.* ubi & dissentientes alios adducit, tùm & *utile* interdictum *recuperandæ possessionis* seu unde vi, in casu ubi quis de quasi possessione aut exercitio jurisdictionis territorialis dejectus est Besold. *de super. territ.* §. *28.* Wesenbec. *ad tit. und. vin. 9.* Lauterbach. & Schutz. *dd ll.* tùm & in primis remedium Can. Redintegranda *c. 3. caus. 3. q. 1.* quod omninò utilissimum est in specie quoque in hac materia. Besold. Hert. Lauterbach. *dd. ll.* Unde & raro imo rarissimè interdictum unde vi in judicium deduci, cum spoliato utilius longe sit non tantum in rebus corporalibus, sed & incorporalibus ex Menoch. *de recup. poss. ad hoc remedium* observat Dn. Lauterbach. *d. l. in fin.* maximè cum etiam detur adversus quemcunque etiam b. f. & titulo possidentem vid. novisf. Magnif. Dn. Præses *in Prax. ant. mod. act. For. Disp. XI. S. 1.* §. *12.* & *ibid. citt.* De cœtero quænam adhuc alia juris remedia & petitoria & possessoria in genere pro obtinenda & conservanda superioritate territoriali suis in casibus comparata sint, veluti & hereditatis petitio utilis, & Interdictum quorum bonorum, & similia alia videre est apud Dn. Lud. Hug. *d. tr. de Stat. Reg. Germ. c. 6. ferè per tot. & inprimis* §. *29. seqq.* B. Dn. Frommann. *de Condom. territ. c. 9. per tot.*

Utile interdictum possessionis recuperandæ. Remedium Canonis Redintegranda &c. tanquam utilissimum præ interdicto unde vi. Competens etiam adversus b. f. possessorem. De remediis aliis in genere quoque suppetentibus remissive.

CAPUT VII.

De Contrariis superioritatis territorialis acquisitiva.

§. I.

DE Contrariis nunc quoque breviter. Contrariatur 1. huic præscriptioni saltem inchoatæ, quam maximè Usurpatio s. interruptio, quæ duplex est vel *naturalis*, vel *Civilis*, per ea quæ supra indigitavimus *Cap. 5. Naturalis* fit naturali quodam facto & re ipsa *L. 4.* §. *22. L. 5. ff. de Usurp. & Usuc.* Veluti dejectione de possessione vel quasi *d. L. 5. L. 15. ff. eod.* quod fieri potest vel actu unico, quod obstaculum aliquod exercere volenti objicitur, quo usus impeditur *L. 4.* §. *si viam ff. eod.* vel facto quoque derelictionis proprio *arg.* §. *pen. J. de rer. divis. Civilis* verò fit aut dicitur potius fieri per actum quendam Civilem, veluti per litis Contestationem *L. 10. C. de A. vel A. P. L. 2. C. de R. V. L. 10. C. de præscr. long. temp. L. 3.*

Ad contraria refertur 1. Usurpatio naturalis & civilis. Quomodo id fiat?

L. 7. C. de præscript. 30. ann. & hodie etiam per solam Citationem ad processum legitime factam, aut per libelli oblationem *L. 2. C. de ann. exc.* Lauterb. *ad tit. de Usurp. & Usuc.* §. *34.* modo tamen actor obtineat *L. 1. ff. pro donat.* Donell. *L. 5. c. 21. in fin.* Excell. Dn. Bœhmer. *in Introd. ad ff. tit. de Usuc.* §. *17.* imò etiam ubi talia haberi nequeunt per extrajudicialem denunciationem testatò factam *d. l. 2. L. 10. §. 3. ff. quæ in fraud. cred. L. 17. C. d. R. V.* Carpz. *P. 2. c. 7. d. 4. seqq.* & ibid. per plures authoritates Goswin. ab Erbach *in addit. ad d. 4. & 5. junct. ad P. 2. c. 3. d. 1. ad verb. non interrumpitur.* & ibid. alleg. Dn. Lauterb. *d.* §. *34.* add. Dn. Böhm. *d. l.* §. *18.*

2. Restitutio in integrum. Hæc an detur ob solam ignorantiam? Remissive ad Authores negantes de Juris veritate. Concedentes verò de praxi. Etiam post annis 100. Limitatur, utut nonnulli autument, non mereri, ut in praxin recipiatur, & opus esse Imperatoria dicisione.

2. Contrariatur huic præscriptioni restitutio in integrum, quæ & præscriptionem perfectam rescindere potens est *L. un. C. si adv. usuc. L. 1. ff. ex quib. caus. maj.* veluti quæ dantur minoribus 25. annis *tot. tit. ff. de minor. 25. ann.* absentibus *rubr. & tot. tit. Quib. ex caus. maj. in int. rest.* An verò etiam alicui ob solam ignorantiam restitutio detur? Pro & contra decertant Doctores. Nobis hac de re placet hac vice remittere ad B. Dn. Lauterbach. *d. l.* §. *35.* ubi de Juris veritate negativam fundatissimam *per L. 12. in fin. de Præscript. long. temp. L. 3. C. de Præscript. 30. vel. 40. ann.* dicit; Contrariam tamen s. affirmativam in judiciis jam radices ita egisse altiores, ut inde vix evelli possit scribit cum Brunn. *in Exerc. Justin. 8. in fin. & ad L. 1. ff. quib. ex caus. maj. n. 3. & ad L. fin. C. de Præscript. 30. vel 40. ann. n. 11. & 12.* & cum Gail. *2. O. 19. n. 18. & 19. & O. 48. n. 19.* & cum Mev. *P. 2. d. 174.* quod ampliat, ita ut etiam post 100. annos detur, cum hoc tamen temperamento, modo ignorantia sit justa vel probabilis, nec cum negligentia quadam conjuncta, post alios *ibid. & ad tit. ff. qui ex caus. maj.* §. *19.* Stryk. *in U. M. ff. ad d. tit. in f.* Böhm. *ad d. t.* §. *7.* Quamvis Hahn. ad Wesembec. *ib. n. 10.* statuat istam in genere spectatam sententiam non mereri, ut recipiatur in praxi, unde decisione Imperatoria eam potius indigere arbitratur Berlich. *in concl. Pract. P. 2. concl. 10. n. 1. seqq.* Possunt etiam ulterius inter contraria hic referri defectus, qui se exserunt ratione vel causæ, vel subjecti, vel objecti, & id genus alii; sed quia de his ex præmissis jam satis constat *vid. supr. c. 2. & seqq.* hîc filum nunc abrumpimus.

S. S. D. G.

X. DIS-